ORTHODOXO-IACOBVS:

ET

PAPAPOSTATICVS.

860. f 18.
5

SIVE

THESES CONFIRMATAE TESTIMONIIS GRAECORVM, ET Latinorum Patrum, qui vixerunt vsque ad milleſimum à Chriſto annum; quibus probatur Sereniſſimum Regem maxima BRITANNIAE *&c. eſſe Catholica fidei, verum Defenſorem & Propugnatorem: Papaſq; Cardinalitios defeciſſe à fide Sanctæ Trinitatis, & Iuramento Baptiſmi.*

Sarr. 1. J. K

PER
IOANNEM GORDONIVM, SACRÆ THEOLOGIAE DOCTOREM, ET ECCLEſiæ Salisburienſis in Anglo-Britannia, Decanum.

LONDINI,
Excudebat *Felix Kyngſton.*
1611.

ORTHODOXO-
IACOBVS:
ET
PAPAPOSTATICVS.

SIVE

THESES CONFIRMATÆ

TESTIMONIIS GRÆCORUM, ET

Latinorum Patrum, qui vixerunt ante ad nullitatem à Christo constitutæ; quibus probatur Serenissimum Regem Magnæ BRITANNIÆ, &c. esse Catholicæ fidei, veræque Dei-

Ecclesiæ Primarium, & Immunem à Papismi.

PER

IOANNEM GORDONIVM, SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTOREM, ET ECCLE-

siæ Salisburiensis in Anglo-Britannia, Decanum.

LONDINI,
Excudebat Felix Kyngston.
1611.

AD REGEM TER-MAXIMVM.

MAxime Rex, Iani mos est dare dona Calendis:
Munera grata homini, munera grata Deo:
Spiritus vt Deus est, sic mentis dona reposcit,
Purum Animi cultum, cum Pietate fidem.
Rex vt imago Dei es, sic mentis dona rependo;
Pro meritis magnis, munera parua tibi:
Illa, fidem veram defendunt, & Pietatem,
Quæ solum recolit Religione, Deum;
Hostis, at illa Dei dictamina dira refutant,
Numinis hic nomen, lædit & arte tuum.
Parua, quidem fateor, sunt munera nostra putanda;
At tua magna fides hæc quoque magna facit.

Augustissimæ Maiestatis tuæ Capellanus,
& Seruulus humillimus,

Io. Gordonivs.

REGEM TER-
MAXIMVM.

Maxime Rex, Iani mos est dare dona Ca-
lendis:
Munera grata boni, munera grata
Deo:
Spiritus vt Deus est, sic mentis dona rependit,
Purum Animi culmen, cum Pietate fidem.
Rex vt imago Dei est, sic mentis dona rependo;
Pro meritis magnis, munera parua tibi:
Illa, fidem veram dedicandam, & Pietatem,
Quæ solum recolit Religione, Deum;
Hostis ac illa Dei dirigamina dira refutans,
Numinis hic nomen, laudit & arte tuum.
Tuque, quidem fator, tunc munera nostra putanda;
Actua magna fides hæc quoque magna facit.

Augustissima Majestatis tuæ Capellanus,
& Seruulus humillimus,

Io. Gordonivs.

ORTHODOXOIACOBVS
Et
Papapostaticus.

Thesis 1.

Qui baptizantur renunciant Idololatriæ, quæ est adoratio creaturarum vltra creatorem, & secundum scripturas, & patrum Ecclesiæ Catholicæ consensum, baptismus, fides, adoratio, & salus inter se cohærent: sicut enim baptizamur in nomine solius sanctæ Triadis; sic in illam solam credere debemus, & illam solam adorare, & ab illa sola salutem sperare: & sicut fides & salus diuidi non possunt, ita adoratio diuidi non debet. Serenissimus ergo Rex Iacobus est verè Catholicus, & orthodoxus, qui solam Trinitatem, & nullam creaturam adorat: Laicopapæ verò eorumque sectatores sunt Apostatæ à fide, & iuramento baptismi, qui adorationem diuidunt, adorantque cum Triade & infra illam creaturas.

Theseos probatio.

Rapæ Deo violat sacra præstita iuramenta,
In sacrificiis quando lauatur aqua.
Nam Triadis solo vt sub nomine mergimur vndis,
Sic soli Triadi debita nostra fides.

Christi religio est quatuor connexa catenis,
Vnam si demas, tres alias perimit;
Cum fide baptismus, verus cultusque, salusque,
Quæ nulla inter se dissociandа vice:
Credimus in Triadem, sic baptizamur in illam,
Hanc colimus solam, quâ data nostra salus.
Vt quecunque vides solus Deus ipse creauit,
Se solum mandat sic Deus ipse coli.
Cumque Deo Abramidis hac pactio fœderis vna,
Hac populus facti conditione Dei;
Nempe Deum vt solum colerent; atque omne creatum
Abijciunt numen, cunctaque facta manu.
Hâc normâ Sulamam Christus sacro ore refutat,
Quodque colenda Dei numina sola docet.
Spiritus vt Deus est, oculis non visus ab vllis,
Sic vult se solum spiritu, & ore coli.
Hanc legem Christus proprio præscripsit ab ore,
Illa designans quæ sua caula mea.
Nostra Deum solum sit ecclesia spiritu adorat,
Vera ergo veri caula Britannа Dei.
At Romana sedes, quæ res colit ore creatas,
Caula est, & dici debet apostatica.
Christi extra caulam non est spes vlla salutis,
Romam ergo linquat cui sua chara salus.
Paulus connectit fidei cultumque, precesque,
Hunc credendum in quem, voce vt ore docet;
Christus connectit fidei sacro ore salutem,
In Triadem credens, hic fide salvus erit;
Inuocat & quisquis numen venerabile Iouæ,
Huic promissa salus, Petrus vt ipse docet:
Hinc si vera salus, non amplius ore vocandi
Sunt homines nobis, vt detur alma salus.

Pur-

Pura Dei mater quamuis sit forte beata,
Credere nescit in hanc intemerata fides.
Haud Maria dedimus tincti promissa, fidemque,
Nomine nec Maria fonte lauamur aqua;
Haud ergo Maria est votis precibusque vocanda,
Sed Trias, huic soli est data nostra fides.
Discite Papicolæ, si vobis cura salutis,
In precibus solum voce vocare Deum:
Nam vos Paulinos, Petrinos, aut Marianos,
Baptismi laticum non facit vnda sacri:
Vobis vnda dedit Christi nam nomina vere,
Vos iuramenti religione ligans.
Vlira si Triadem colitis quidnis prece linguæ,
Iuramenta Dei fallitis atque fidem.
Militiæ Christi desertores que vocari
Debetis, prodest nil quibus vnda sacra.
Quod Christi hanc tenuit doctrinam ecclesia prisca,
Basilius testis, sanctus & Epiphanius, *Et cum Basilio sebis Epiphanio*
Christicolæ que mouent omnes, ne quicquid aderent
Vltra hanc, est in quem latio fonte data.

Testimonia probationis Thesevi.

Tertul. lib. de spectacul. cap. 4. testatur baptisandos renunciare Idololatriæ. His verbis:

Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem cohuertar ipsius signaculi nostri (i. baptismi) cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur, *renunciasse nos diabolo*, & pompæ & Angelis eius ore nostro contestamur. Quod erit summum ac præcipuum, in quo diabolus, & pompæ, & Angeli eius censentur, *quum idololatria?* Ex qua omnis immundus & nequam spiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur si ex idololatria vniuersam spectaculorum paraturam constare constiterit, indubitate præiudicatum erit, etiam ad spectacula pertinere renuntiationis.

tionis testimonium *in lunâcre*, quæ & Diabolæ, & Pompæ, & Angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatriam.

Hinc elicitur hoc argumentum.

Qui babtizàntur renuntiant idololatriæ: At,

Adoratio creaturæ vltra creatorem est idololatria: vt docet Apost. *Rom.* 1.

Ergo adoratores creaturarum extra vnitatem Trinitatis existentium, violant fidem datam in baptismo, quà renunciarunt idololatriæ: & consequenter *Laicopapæ*, & *Laicocardinales* per creaturarum adorationem violant fidem & iuramentum Baptismi.

Paulus connectit fidei, &c.

Beatus *Paulus Rom.* 10. coniungit fidei inuocationem, quæ est interna adoratio. *Quomodo*, inquit, *invocabunt in quem non crediderunt?* Vbi *Chrysostomus, Salus*, inquit, *cùm in eo sit, vt invocetur nomen Domini, invocatio verò fidem erigat, &c.* Alludit ad dictum *Petri* Act. 3. *Quisquis invocaverit nomen Domini salus erit.*

Vnde sequitur, quòd sicut in solius sanctæ Trinitatis nomine baptizamur, sic nos sacramento astringi ad solius Trinitatis omnimodam adorationem: nam hæc inter se sunt veluti concatenata, adeò vt qui quidquis colit quod creatum aut factum est, aut initium & originem habet vt sic, vel creatam vllam præsentiã fictitiam Dei, (qui nullã creatã præsentiam, aut existentiam alicubi habet, sed in eo omnes creaturæ sunt, & existunt) adorat, & inuocat, quocunque prætextu, à fide baptismi, & à salute quæ per Dei solius inuocationem acquiritur, cadit secundum scripturas.

Hanc verò esse doctrinam Patrum, qui non solùm tempore 32. Episcoporum Rom. & Martyrum vixerunt per trecentos à Christo nato annos: sed etiam aliorum Patrum, qui in Ecclesia Catholica floruerunt, docere conabimur.

Tom. 2 pag. 216 *Athanasius* contra *Maced.* Dialog. 1. *In Patrem, Filium & Spiritum sanctum simul baptizati*: Filio videlicet sacram Christianorum in Spiritum [illegible] initiationem reuelante. *Quid igitur adorandum Spiritum sanctum negas, in quem baptizatus es?* Vtrum enim maius est ([illegible]) adoratio an

baptismus

baptiſmus? & quomodo non in confeſſo ſit baptiſmum adorationi antecellere? Siquidem Catechumeni Patrem & Filium adorant, priuſquam tamen in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti baptizentur, non ſunt perfecti. Quod ſi qui in Rudimentis pietatis inſtituuntur Chriſtiani, ante baptiſmum non ſunt perfecti: Perficiuntur autem baptizati; baptiſmus vtique maius quiddam eſt adoratione, vt τὸ τελειότατον σφράγισμα, qui perficit hominem. Atque hic rationalis & viuus cultus noſter, de quo Apoſtolus: *Præſtate* (inquit) *corpora veſtra hoſtiam viuentẽ, ſacram acceptam Deo, qui veſter ſit cultus rationalis.* Et præſtabimus rationalem cultum ſi vnà cum Chriſto in baptiſmo fuerimus ſepulti. Baptiſmi igitur doctrina inducit dictum illud, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Et eodem Dialogo. Tu quomodo æquè in Spiritum ſanctum, ac in Patris & Filij honorem baptizatus es, qui eiuſdem cum Patre & Filio honoris Spiritum ſanctum eſſe negas? An verò Pater & Filius, non honorari tibi ſolenni baptiſmatis confeſſione videntur? Si honor ille nullus eſt, quorſum igitur baptizamur? Et mox: Quid eſt cur non omnibus hoſtijs nobilior ibi videatur illa corporum noſtrorum exhibitio, Apoſtolo dicente: *Vt ſiſtatis Deo corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam Deo placentem?* Pag. 227.

Atqui omnis hoſtia in Dei ſit honorem; talem & nos Patri, Filio, & Spiritui ſancto in baptiſmo obtulimus, neque loco, neque modo diuiſeris, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum honorantes.

Ex quo loco manifeſtum eſt, *Athanaſium* docere Baptiſmũ continere in ſe ſolius Trinitatis adorationem: ait enim, doctrinam Baptiſmi inducere illud præceptum, ſoli Deo ſeruies. Probatque Spiritum eſſe Deum, eo quod in illum cum Patre & Filio baptizamur, in illum credentes, illum adoramus vnica adoratione cum Patre & Filio, & in baptiſmo nos illi noſmetipſos offerimus tanquam ſacrificium ſpirituale, & rationalem noſtrũm cultum, qui eſt adorationis cultus, & gratiarum actionis cum inuocatione. Vnde manifeſtum eſt cultum Trinitatis vnicum eſſe, ſicut baptiſma vnum, & vna fides, & nulli creaturæ communicabilis.

Sic adoratio debetur ſoli Trinitati, & nulli creaturæ eſt communicabilis: Nam *Athanaſius* principio eiuſdem Dialogi, docet Spiritum ſanctum non eſſe adorandum & inuocandum, niſi eſſet eiuſdem cum Patre naturæ. Non ſunt ergo creaturæ inuocandæ, quia non ſunt eiuſdem naturæ cum Patre & Filio. Itaque (inquit *Athanaſius*) ſi eiuſdem cum Patre & Filio fuerit naturæ & deitatis ille à Patre per Filium effuſus Spiritus ſanctus, erit & ipſi ſupplicandum, ſeruiendúmque σεβασμιον καὶ λατρευτὸν.

Ergo quicunque vult ſaluus fieri, & baptiſmi gratiam in veritate fidei ſeruare, tenetur ſolam Trinitatem ſanctam adorare & inuocare, vt ipſe etiam *Athanaſius* docet in Symbolo: Et qui creaturarum adorationem cum ſanctæ increatæ Trinitatis rerum omnium creatricis adoratione coniungit, fidem baptiſmi, & ſacramentum in eo præſtitum ſanctæ Trinitati violat, & à gratia baptiſmi per falſam ordinationem creaturarum præterito creatore dilabitur.

Baſilius de ſpiritu ſancto cap. 27. edit. græc. pag. 274. lat. edit. pag. 325.

Τὸ γὰρ ἐν τῷ βαπτίσματι συναριθμεῖν, ἀναγκαίως ὁμολογεῖν ἐπόμεθα· ἐπεὶ ἡ πίστις συναριθμεῖται. τὴν δὲ ὁμολογίαν τῆς πίστεως, οἷον ἀρχήν τινα τῆς δοξολογίας ἐποιησάμεθα. ἀλλὰ τί χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς τὸν νῦν; ἡμεῖς διδασκόμενοι, μὴ βαπτίζειν οὐ παραδεχόμεθα, ἃ μὴ πιστεύοντες οὐκ ἐβαπτίζομεν· ἃ μὴ δοξάζειν οὐκ ἐπιστεύομεν. δυνατόν γὲ τι ἃ οὐκ ἐν ἀναγκαίᾳ ἢ αἱρέσει ἢ περὶ ἄλυσιν τινὰ ἀκολουθίαν, ἃ οὐκ ἐχρὴ ἐν τούτοις καινοτομίαν, τῶν πάντων ἦν τελείωσιν. Id eſt: Nam quod in baptiſmate connumeratum eſt, neceſſariò iudicamus & in fide oportere copulari. Profeſſionem autem fidei, velut initium quoddam glorificationis fecimus. Sed quid faciendum eſt? Nunc enim doceant nos, ne baptizemus quemadmodum accepimus, aut ne glorificemus quemadmodum credidimus. Demonſtret aliquis, aut non eſſe neceſſariam, & indiuulſam horum inter ſe conſequentiam, aut in hiſce nouitatem non eſſe totius deſtructionem.

Epiphanius lib. 3. pag. 415. edit. græc. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ κτιζόμενος οὐκ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐστὶ φύσει, ἀλλὰ δημιουργικὴ ἡ πίστις ἡ ἐπιφερομένη τῇ δοξολογίᾳ τῇ μιᾷ ἴσῃ καὶ τῇ ὁμοουσίῳ τῇ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν τῆς Τριάδος· ὅτι οὐκ ἔστι τῆς τοιαύτης γνώσεως ἡ ἀλήθεια εἰλικρινὴς ἀπολελυμένου, ὃν ἀπὸ μίαν ποιήσεται τις, ἢ ἀπὸ τριῶν, οὐ δι' ἀπὸ μίαν εἰς ἕνωσιν ἰσότητος βαπτίζει, ἢ ἀπὸ τριῶν. Id eſt: Et ab hoc non creata eſt

est in Dei essentia natura, sed creatrix omnium, quæ non possunt cum incomparabili & vna essentia patris & filij & spiritus sancti, in coessentialitate participare. Clarum est enim quòd ipsa ei qui veritatis cognitionem habet, reuelat, quòd ipsa sola adoratur, & non omnia: & quòd ipsa sola in nomen sui ipsius baptizat, & non vniuersa.

THESIS 2.

Secundùm Edictum Gratiani Imper. consensu Ecclesiæ Catholicæ editum, & constitutionem 12. Apostolorum; Serenissimus Rex Iacobus est verè Catholicus: Laicopapæ verò, & Laicocardinales sunt hæretici, & Apostatæ.

Probatio Theseos.

REgnator Romæ dederat cui Gratia nomen,
Hæc rata sit statuit tempus in omne fides.
Catholicũ mandat dici hunc, Triadis venerator
Qui coluit, & solam religione colit,
Hæc Damasum Papam fidei documenta vetusta
Credere testatur, quam docuítque Petrus.

Testimonia probationis Theseos.

Theodoret. Hist. Eccles. lib. 5. cap. 2. edit. Græc.
Gratianus (inquit) τὴν ἐυσέβειαν, ἣν πάλαι, i. rectum cultum religionis quem habebat, ab imperij initio manifestiorẽ reddidit, καὶ τὰς βασιλικὰς τὰς ἀπαρχὰς τῷ συμβασιλεῖ θεῷ ὅλην ἀφοσίωσεν; i. primitias Imperij vniuersali Regi omnium obtulit, legémque tulit qua expulsi pastores per Valentem Imperatorem Arianum, suis quique gregibus restituerentur.

Lib. 7. cap. 4. Huic edicto Pius hic Imperator aliud adiunxit, quod etiã cõsensu totius Catholicæ Ecclesiæ confirmatũ; de quo Sozomenus scribit, illum optimũ factu existimasse subditis promulgare, ὡς ἴσχυε περὶ τὸ θεῖον δόξαν, quam haberet de diuinitate opinionem

opinionẽ,& ne videretur βιάζειν ἐπιτάσσων τοῖς ἀρχομένοις φρονεῖν, vim inferre præcipiẽdo aliquid colendũ præter legẽ,promulgauit legem qua significauit, βούλεσθαι πάντας τοὺς ἀρχομένους φρονεῖν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς Ρωμαίους παρέλαβε Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῷ δογματίζειν, ἰσοδυναμεῖν δὲ τὸν Δάμασον ὁ Ρώμης ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας, μόνον τοῖς ἰσοτίμως τρισυπόστατον, καθολικὴν δ' ἐκκλησίαν ὀνομάζειν. Τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα διαζητοῦντας, αἱρετικοὺς ἀποκηρύττειν, καὶ ζημίας εἶναι, καὶ τιμωρίαν ἀποτίνειν.

Id est, Vt cuncti subditi religionis cultum exercerent,sicut initio *Petrus* Apostolorum princeps tradidit, ac tunc custodiebant *Damasus* Romæ, & *Petrus* Alexandriæ Episcopus,Ecclesiam verò Catholicam nominandam, illos solum qui pari vel æquali honore Trinitatem colerent;reliquos verò qui præter hæc opinarentur, hæreticos appellandos, & pœnas daturos.

Decidatur ergo controuersia inter Sereniſſimum nostrum Regem,Et *Paulum* 5. Laicopapam per Imperatoris edictum, quod ipsa Ecclesia Romana,aliæque Catholicæ Ecclesiæ,acceptarunt: Rex & Ecclesia Britannica solam indiuisam Trinitatem, indiuisa & vnica latreiæ adoratione adorandam profitentur, & omnem creaturarum vltrà creatorem latriæ adorationem detestantur; Papa verò eiúsque Synagoga lignum crucis,imaginem eius,ac Christi crucifixi, sepulchrum Christi,clauos manuum,& pedum,coronam spineam,lanceæ aculeatæ cuspidem,tunicam Christi,Veronicam,(vt vocant) & hostiam Missæ, cultu latriæ soli Deo debito colenda docent;quæ adorationes repugnant fidei Catholicæ, de adoratione solius Trinitatis.

Hinc sequitur,Regem,& Ecclesiam Britannicam, iudicio Imperatoris, & totius Ecclesiæ Catholicæ, dicendam Catholicam: Neoromanam verò Synagogam dicendam hæreticam.

Ex hoc edicto colligimus præscriptionem contra *Pauli* 5. & Laicocardinalis *Bellarmini* infimulationẽ hæreseos,nempe, illam esse Catholicã Ecclesiã quæ religionis cultum exercet, quẽ B. *Petrus* Apostolus initio Romanis tradidit: vt verò quis sit ille cultus religionis omnibus Christianis cuiuscunque professionis persuasum sit, huic imperiali edicto addemus aliud verè sacri Palatij Apostolici edictum,de sola & indiuisa

diuisa Dei adoratione, quod planè euertit edictum magistri sacri (id est execrabilis) Apostatici Palatuj *Pauli* 5. promulgatum mensè Iulij anno superiore, per quod vt hæreticam damnat Apologiam καθολικοῦ Regiæ Maiestatis.

Hoc verò Apostolici Palatij edictum extat promulgatum à *Petro* & *Paulo*, reliquísque omnibus Apostolis in vnum congregatis, lib. 6. Constitutionum Apostolic. per *Clementem* Episcopum Romanum discipulum B. *Petri*.

Principio libri *Petrus*, & reliqui Apostoli, Episcopos ab illis in Ecclesijs constitutos alloquuntur, monéntque vt sibi ab hæreticis caueant, & cap. 14. catholicam doctrinam illis præscribunt, totísque Ecclesiæ catholicæ obseruandam, sine vlla immutatione, vsque ad finem sæculi, hisce verbis:

Ἡμεῖς οὖν, Πέτρος ὁ ἀντὶ ἡμῶν ἀδελφὸς, Πίστος, καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, υἱοὶ Ζεβεδαίου, Φίλιππος, καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Λεβαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, καὶ Σίμων ὁ ζηλωτὴς, καὶ Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταλοφασθεὶς ἡμῖν, Ἰάκωβος τὸ β' τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ Παῦλος ὁ ἐκ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ἀμεταθέτως, καὶ ἐν τῷ ἀντὶ ἡμῶν ἀδελφῷ, ἐγκεφάσαμεν ὑμῖν πιστὰ καθολικὰ ταύτην διδασκαλίαν, εἰς ἐπιστηριγμὸν ὑμῶν, τῆς πίστεως καθὼς ἐπαγγειλάμεθα, ἐν τῇ ἁλλᾶμεν ὑμῖν, ἵνα παθολικῶς ἐπιστηρίξῃ, ἐν τῷ μέλλοντι ὑπάρχειν, παρ' ἡμῶν ἐκ τοῦ, καὶ αὐτὴ μένῃ σίβεια, καὶ ἀσφαλεῖς, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὁ τῷ πατρὶν πνεύματι, καὶ ταῖς ἁγίαις γραφαῖς χρώμενοι. ἡμεῖς, καὶ ἀσφάλειαν, γνῶτε ὑμῖν, ἔστιν ἰδόντων ἀρχὴν φύλαξαι, ἀνέξεται πτύειν, καὶ κρίσιν, καὶ ἀντιπάθειαν ἀφοδεῖν, καὶ τοῖς κάμνουσι ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀφορίζειν ἀφορίζεσθαι, ἵνα ὑμῖν γένεται, καὶ μᾶλλον ἐν ἑαυτοῖς ἔχητε φαλαγγὴ, καὶ χαμαὶ ἡμῖν, ἐμμενεῖ γὰρ ὁ τοῦτον γάμος ἵνα καὶ παρὰ κυρίῳ ἀμήζοντι γαμᾶσθαι.

Id est (vt vertit *Bonius Pontificius*) igitur horum causa nunc in vnum conuenientes, *Petrus* & *Andreas*, *Iacobus* & *Ioannes* filij *Zebedæi*, *Philippus* & *Bartholomæus*; *Thomas* & *Matthæus*, *Iacobus Alphæi*, & *Lebæus* cognomento *Thadæus*, & *Simon Cananites*, & *Matthias Iudæ* suffectus, & *Iacobus* frater Domini, Hierosolymarum Episcopus, & *Paulus* Doctor Gentium, vas electionis, vnà congregati, scripsimus ad vos hanc catholicam doctrinam, ad vos confirmandos, quibus in vniuersa Ecclesia Episcopatus munus est commissum: in qua declaramus vobis, Deum omnipotentem vnum esse, præter quem nullus est, atque vt illum solum colatis, & adoretis, per Iesum Christum Dominum nostrum in sancto Spiritu: vtaminíque sacris Scripturis, Lege, & Prophetis, parentes

Gratus habet quibus vniuersalis Episcopatus commissus.

tes reuereamini: omnes nefarias actiones fugiatis; reſurrectionem & iudicium credatis, retributionem expectetis: omnibus eius creaturis cum gratiarum actione vtamini: veluti eius operibus, nihilque in ſe continentibus mali, legitimè connubia iungatis: vituperatione enim carent huiuſmodi nuptiæ, quoniam & à Domino iungitur viro mulier.

Ex hoc Apoſtolico edicto clarum eſt ſecundum catholicam doctrinam, Deum eſſe ſolum, vnicum & indiuiſum, eũq; ſolum adorandum; adeò vt diuidere adorationem & inuocationem inter Deum & creaturas, ſit diuidere Deitatem, & creaturis ſoli Deo debitum honorem tribuere, ac euidentiſſima apoſtaſia à fide catholica, hoc Apoſtolico edicto omnibus Chriſtianis promulgata. Aut ergo reijciat ſedes Neoromana polylatriam ſuam blaſphemam, aut ſe non Apoſtolicam, ſed Apoſtaticam fateatur neceſſe eſt.

Obſeruandum etiam in hoc edicto Apoſtolico, Epiſcoporum (quos alloquuntur Apoſtoli) matrimonia commendari, vnde elicimus notam Apoſtaticæ ſynagogæ eſſe, prohibere Sacerdotum matrimonia. Vnde ſequitur, *Gregorium* 7. Pſeudopapam, eiúſque ſucceſſores, qui matrimonia Sacerdotalia lege lata publicáque authoritate diſſoluerunt, eſſe authores apoſtaſiæ de qua vaticinatur B. *Paulus* 1. Tim. 4. vbi pro nota apoſtaſiæ poſteriorum ſæculorum, prohibitionem nuptiarum expreſſè ponit.

THESIS

THESIS 3.

Patres Græci & Latini, qui in Eccleſia Catholica vixerunt ab Apoſtolis vſque ad Conſtantinum Mag. docuerunt, ſolam Trinitatem excluſa omni creaturarum adoratione adorandam: vnde ſequitur Sereniſſ. Regem Iacobum, qui hanc fidem retinet, eſſe verè Catholicum: Laicopapas verò & Laicocardinales, qui ad creaturarum vltra creatorem adorationem defecerunt, eſſe hæreticos & Apoſtatas a fide catholica.

Theſeos Probatio.

Catholica eſt credenda fides, Eccleſia priſca
Quam probat, & Patrũ quam pia ſcripta docent,
Quamq; fidem tenuit Romana Eccleſia priſca,
Quæ fuſo creuit ſanguinis Martyrij:
Illa Deum ſolum nobis docet eſſe colendum
Corporibus ſtratis, mentis & obſequio.

Teſtimonia probationis Theſeos.

Præcipua cauſa ob quam Torto-Bellarminus Regiam Maieſtatem hæreſeos inſimulat, eſt, quia nullam creaturam adorandam credit: Quòd verò Rex hac ratione Catholicus æſtimandus eſt, teſtimonijs ſequentibus probamus: Papam verò qui latreiam creaturis exhibet, eſſe archiapoſtatam.

Iuſtinus Martyr Apologia 2. pro Chriſtianis teſtatur Chri-
Ann. Dom. 150. ſtianos ſolam ſanctam Trinitatem adorandam credidiſſe, & nullam creaturam infra Deum: his verbis: pag. 43.

Ἐσθλὰ καὶ ἄδικα καταλιμπάνω, καὶ ἁμαρτήματα πᾶσι τοῖσιν ἀμιξίαιναι θεῶν ἄθεα λέγω, ὁμῶς ἐγὼ τὸ ἀληθεστάτου, καὶ πατρὸς ἀληθινοῦ καὶ σοφίας οὔσης, καὶ ἀρετῆς ἄκρατον, ἀσπίλωτον τὸ κρεῖττον θεὸν καὶ λαμπρὸν τὸ, καὶ ἐκ τοιοῦ ἄνευ ὕλης λόγου καὶ ἀλλήλοις ἁμῶς τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ ἄλλου ἑπομένου καὶ ἐξομοιουμένου ἀγαθοῦ ἀγγέλων χορτὸν, σπέρμα τὸ τῶ ἀγαπωμένῳ συνόμαιμον, καὶ ἀγαπωμένων, λόγῳ καὶ ἀληθείᾳ τιμῶντες, καὶ πατρὶ βασιλεῖ μεγάλῳ, ὡς ἀληθῶς ὄντι, ἀρθόνως προσκυνοῦντες. Id est,

Quamobrem & ἄθεοι (hoc est nullorum Deorum cultores) cognominamur. Et profitemur quidem nos talium qui habentur Deorum esse expertes, & atheos: sed non verissimi illius Dei, Patris videlicet iustitiæ & castitatis, & virtutum aliarum, & ab omni vitiositatis mixtione, & labe alieni expertes. Verùm hunc ipsum, & qui ab eo venit, atque ista nos, & aliorum obsequentium exæquatorumque (ad voluntatem eius) bonorum angelorum exercitum docuit, filium, & spiritum propheticum, colimus & adoramus; cum ratione & veritate venerantes, atque vnicuique discere atque nosse volenti, pro eo atque edocti sumus, candide (hæc) tradentes.

Et pag. 49.

Μὴ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν μόνον σεβόμεθα, ὑπὲρ ὑπατον, αἰῶνα, Μοῦσα ὑπολάβῃς, λέγω τὸν Θεὸν τὸν ἀγαπώμενον, καὶ ἀεὶ ἐν ἡμῖν λατρεύομεν. Id est,

Deum porro solum colendum esse, ita suasit, dicens: Maximum mandatum est: *Dominum Deum tuum adorabis, atque illum solum coles.*

Et pag. 5.

Οὕτω δὲ μόνῳ μόνον ἀγαπώμεν. ἡμεῖς δὲ ἀρκεῖ τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν. *Id est*, Proinde nos solum Deum adoramus, & vobis in rebus alijs læti inseruimus.

Theophilus Antioch. Episcopus, lib. 1. ad *Autolycum*, Ann. Dom. 173. pag. 249.

Τιμήσω μόνον τοῦτον τὸν βασιλέα, ὑπὸ ἀγαπωμένῳ αὐτῷ, οὐκ ἀνθρωπῳ· οὐδὲ γὰρ αὐτῷ θεῷ ἔστι τὸ ὑπὸ ἄνθρωπου θεοῦ καὶ ἀλαθοῦ ἀγαπώμενον, οὐδὲ ἐν τῷ βασιλεῖ δεῖ εἶναι γόητα. ἐρεῖ δέ μοι· διὰ τί τὸ ἀγαπώμενον τὸν βασιλέα ἔστι λέγειν τὸ ἀγαπώμενον ὑπὸ γόητος; οὐδὲ γὰρ ἐν λόγῳ, ἀλλὰ οὐδὲ ἐργῳ ἔστι δεῖν τοιοῦτον, ἐν οἷς τὸ ἀγαπώμενον, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀληθείᾳ κρίνον. ἔστιν γὰρ τοῦ τοιοῦ θεοῦ ἀναπαυόμενον χωρίον· καὶ γὰρ ἀνάπαυσις, ὡς ἐγὼ δοκῶ, ἐν τῷ ἀγαπωμένῳ, ὁ βασιλεὺς βασιλεὺς ἀγαπᾶται· τὸ γὰρ βασιλεῖν ἀπὸ θεοῦ ἔσχηκε· καὶ ὁ ἀνὴρ ἐξ οὗ ἀπὸ ἀνθρώπου γέγονε, ἔνεκα τοῦ ἀγαπωμένου θεοῦ ἐστὶ μόνου θεοῦ.

Id est,

Regem igitur magis honorabo, non adorans illum, sed orans

orans pro illo: adoro Deum, & illum verum Deum, sciens Regem ab ipso factum. At dices mihi, quare non adoras Regem? quia non est factus vt adoretur, sed vt honoretur legitimo honore: Deus enim non est, sed homo à Deo constitutus, non vt adoretur, sed vt iustè iudicet: illi enim quodammodo Dei dispensatio concredita est, nam & ipse non vult eos quos sub se constitutos habet reges vocari. Nam vox Rex nomen suum est, & non licet alium hoc nomine nuncupare, neque adorare nisi solum Deum.

Idem lib. 2. pag. 262. refutans Gentilicam creaturarum adorationem, ait: Ὁ μὴ ὢν θεὸς νόμῳ ὑ μόνου κτίσαντος τὸ οὐδὲν σεβεσθῆναι· ἀλλὰ καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὁ πᾶς λαὸς ἀξιοῖ· δεῖ ἐν τῇ ἀρχῇ, ἐν γῇ, ἐν θαλάσσῃ, ἢ πηγαῖς, ἢ ποταμοῖς προσκύνειν, δεῖ ἕνα μόνον τὸν θεὸν, καὶ πάντα τῷ ἑνὶ χρὴ λατρεύειν ἐν οὐσίᾳ κτιστῇ, καὶ αὐλογεῖσθαι χαίρειν. Idest,

Nam lex non solùm prohibet idola adorare, sed & nec elementa, solem, lunam, & reliqua astra, neque cœlum, neque terram, neque mare, neque fontes, neque aquas religiosè colere, sed solum illum Deum, qui reuera est Deus, qui rerum omnium factor est, oportet adorare cordis sanctimonia, & pura animi sententia.

Minutius Fœlix, qui vixit ann. Dom. 200. elegantissimum, & lectu dignissimum dialogum scripsit, in quo interlocutores sunt *Cæcilius* Orator Ethnicus, & *Octauius* Christianus; vbi *Cæcilius* de Christianis ait. Cur etenim occultare & abscondere quicquid illud colunt magnopere nituntur? cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulachra, nunquam palàm loqui, nunquam liberè congregari, nisi illud quod colunt, & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Vade autem, vel quis ille, aut vbi Deus vnicus, solitarius, destitutus: quem non gens libera, non regna, non saltem Romana superstitio nouerunt? Iudæorum sola & misera gentilitas vnum & ipsi Deum, sed palàm, sed templis, aris, victimis, ceremoniisque coluerunt: cuius adeo nulla vis, nec potestas est, vt sit Romanis hominibus cum sua sibi natione captiuus. At etiam Christiani quænam monstra, quæ

portenta

portenta confingunt? Deum illum suum quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique & occultas cogitationes diligenter inquirere: discurrentem scilicet, atque vbique præsentem; molestum illum colunt, inquietum, impudenter etiam curiosum, siquidem astat factis omnibus, locis omnibus intererrat.

Si *Cæcilius* iam rediuiuus esset, & formam Romanæ religionis intueretur, non obijceret Papanis quod nulla simulachra colant Romani, quodque solitarium Deum solum adorent: sed Ethnicam superstitionem sub nomine Christi reuixisse fateretur. *Cæcilij* obiectioni respondit *Octauius* Christianus, his verbis. Cruces (inquit) nec colimus, nec optamus: vos planè qui ligneos Deos consecratis, cruces ligneas, vt Deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum, quid aliud quàm inauratæ cruces sunt, & ornatæ? trophæa vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Signum sanè crucis naturaliter visimus in naui, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur: & cum erigitur iugum, crucis signum est; & cùm homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur: ita signo crucis, aut ratio naturalis innititur, aut vestra religio formatur.

Responsio *Octauij* pro Christianis Romanis sui sæculi, nulla ratione competere potest Romanis nostri sæculi, qui innumeras cruces & simulachra latria colunt.

Et mox (inquit) *Octauius*:

Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim simulachrum Deo fingam, cum si rectè existimes, sit Dei homo ipse simulachrum? templum quod ei extruam, cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non possit? & cum homo latius maneam, intra vnam ædiculam vim tantæ maiestatis includam? nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? hostias & victimas domino offeram, quas in vsum mei protulit? vt reijciam ei suum munus; ingratum est cùm sit litabilis hostia, bonus animus & pura

mens,& ſincera ſententia. Igitur qui innocentiam colit, Domino ſupplicat: qui iuſtitiam Deo libat, qui fraudibus abſtinet, propitiat Deum: qui hominem periculo ſurripit, opimam victimam cædit. Hæc noſtra ſacrificia, hæc Dei ſacra ſunt: ſic apud nos religioſior eſt ille, qui iuſtior. At enim quem colimus Deum, nec oſtendimus nec videmus: imo ex hoc Deum credimus, quod eum ſentire poſſumus, videre non poſſumus.

Si *Octauius* è ſublimi cœlo aſpiceret, Papaſque miſſificantes, oſtendentes, & eleuantes ſupra caput, adorantéſque hoſtiam Miſſæ vt Deum, videret, non diceret de Romanis noſtri ſæculi, quòd non oſtendunt id quod colunt.

Ann. Dom. 200. *Origenes* lib. 2. Com. in Epiſt. ad Romanos, cap. 1. (ait) vt vertit *Hieronymus*, docet eſſe crimen adorare quiduis infra Trinitatem. Ex hoc pacto iuſtum erit iudicium Dei etiam erga eos qui ante aduentum Ciriſti, cùm potuerint Deum agnoſcere, ab eius cultu declinantes ad imagines hominum adorandas & animalium diuerterunt. Vt enim breuiter & omni in vnum collecta definitione dicamus, adorare alium quempiam præter Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, impietatis eſt crimen.

Sedulius, qui ſub *Theodoſio* vixit, idem teſtatur in eundem locum *Pauli*.

Et poſt pauca eodem capite: Nos autem (inquit) qui nullam creaturam, ſed Patrem & Filium & Spiritum ſanctum colimus & adoramus, ſicut non erramus in cultu: ita nec in actibus quidem & in conuerſatione peccemus.

Ann. Dom. 300. *Arnobius* libr. 1. pagin. 21. aduerſus Gentes, teſtatur Chriſtianos ſolum vnicum & ſupremum Deum colere & adorare.

Deum (inquit) Principem rerum cunctarum quæcunque ſunt, dominum ſummitatem omnium ſummorum obtinentem adorare, obſequio venerabili inuocare, in rebus feſſis totis, vt ita dixerim, ſenſibus amplexari, amare, ſuſpicere.

Et poſt pauca pag. 22. Quòd tamen humanum (ait) pollicentibus ſenſum vna pariter definitione figamus, nihil ſumus aliud Chriſtiani, niſi magiſtri Chriſto ſummi Regis

ac

ac Principis veneratores: nihil si consideres, aliud inuenies in ista religione versari. Hæc totius summa est actionis: hic propositus terminus diuinorum officiorum, hic finis, huic omnes ex more prosternimur, hunc collatis precibus adoramus, ab hoc iusta, & honesta, & auditu eius condigna deposcimus.

Idem lib. 3. pag. 117.

Subijciunt (inquit) Gentiles sc. hæc: Si vobis diuinare cordi est, cur alios nobiscum neque Deos colitis, neque adoratis, nec cum vestris gentibus communia sacra miscetis, & religionum coniungitis ritus? Possumus interim dicere, ad cultum diuinitatis obeundum satis est nobis Deus primus: Deus (inquam) primus, pater rerum ac Dominus, constitutor moderatorque cunctorum: in hoc omne, quod colendum est, colimus: quod adorari conuenit, adoramus: quod obsequium venerationis exposcit, venerationibus prometemur. Cùm enim diuinitatis ipsius teneamus caput, à quo ipsa diuinitas diuinorum omnium, quæcunque sunt ducitur: supervacuum putamus personas ire per singulas: cùm & ipsi, qui sint, & quæ habeant nomina, nesciamus: & cuius sint præterea numeri, neque liquidum, neque comprehensum, neque exploratum habere possimus: atque vt in terrestribus regnis necessitate nulla compellimur, regalibus in familijs constitutos nominatim cum principibus adorare, sed in Regum ipsorum cultu, quic quid illis annexum est, tacita vi se sentit honorificentia comprehendi.

Lactantius, vnicum ac solum Deum colendum esse, & omnes religionis actiones ad solum Deum pertinere docet, cuius testimonia nonnulla adscribam. *Ann. Dom. 310.*

Lib. 1. cap. 1. pag. 97.

Equidem, (inquit) sicut oportet, de summa rerum sæpenumerò cogitans, admirari soleo, maiestatem Dei singularis, quæ continet, regítque omnia, in tantam venisse obliuionem, vt quæ sola coli debeat, sola potissimum negligatur: homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, vt vero ac viuo Deo mortuos præferant, terrenos

autem in terraque ſepultos, ei præponant, qui fundator ipſius terræ fuit.

Et lib.4.cap.4.pag.277.

Ergo fas non eſt venerari eos, à quibus non ſit homo generatus, quia neque à multis generari poteſt. Vnus igitur, ac ſolus coli debet, qui Iouem, qui Saturnum, qui cœlum ipſum, terramque anteceſſit.

Ibidem cap.14.pag.305.teſtatur Chriſtum à Patre miſſum vt doceret vnum eſſe Deum, illúmque ſolum colendum.

Deus (inquit) cùm videret malitiam, & falſorum deorum cultus per orbem terræ inualuiſſe, vt iam nomen eius ex hominum memoria fuiſſet penè ſublatum (ſiquidem Iudæi quoque, quibus ſolis arcanum Dei creditum fuerat, relicto Deo viuo, ad colenda figmenta, irretiti dæmonum fraudibus aberraſſent, nec increpiti per Prophetas reuerti ad Deum vellent) Filium ſuum principem Angelorum legauit ad homines, vt eos conuerteret ab impijs, & vanis cultibus, ad cognoſcendum, & colendum Deum verum: item vt eorum mentes à ſtultitia ad ſapientiam, ab iniquitate ad iuſtitiæ opera traduceret. Hæ ſunt viæ Dei in quibus ambulare eum præcipit. Hæc præcepta, quæ ſeruanda mandauit: ille verò exhibuit Deo fidem: docuit enim quòd vnus Deus ſit, eumque ſolum coli oportere.

Idem lib.6.cap.9.pag.463.

Ergo in Dei agnitione, & cultu, rerum ſumma verſatur, in hoc eſt omnis ſpes, ac ſalus hominis: hic eſt ſapientiæ gradus primus, vt ſciamus quis ſit nobis verus Pater, eumque ſolum pietate debita proſequamur: huic pareamus, huic deuotiſſimè ſeruiamus: in eo promerendo actus omnis, & cura, & opera collocetur.

Item lib.7.cap.6.pag.550.

Nunc totam (ait) rationem breui circumſcriptione ſignemus: idcirco mundus factus eſt vt naſcamur: ideo naſcimur, vt agnoſcamus factorem mundi, ac noſtri, Deum: ideo agnoſcimus, vt colamus: ideo colimus, vt immortalitatem pro laborum mercede capiamus, quoniam maximis laboribus

cultus

cultus Dei constat: ideo præmio immortalitatis afficimur vt similes angelis affecti, summo Patri ac Domino in perpetuum seruiamus, vt simus æternum Deo regnum. Hæc summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc mysterium mundi.

Ex hisce testimonijs Patrum qui scripserunt ab Apostolorum ætate, vsque ad Constantinum, perspicuum est illum esse verè catholicum qui solam Trinitatem, & nullam creaturam adorat, & diuisionem adorationis in latriam, hyperduliam, & duliam his sæculis Ecclesiæ Catholicæ incognitam fuisse.

THESIS

THESIS 4.

Constantinus Magnus, natione Britannus, solum Deum inuocabat, militésque suos id facere docuit: ideoque Sereniſſimus Rex Iacobus qui solam Trinitatem adorat, est eius succeſſor, tam in Religione, quàm in Regno.

Probatio Theſeos.

HAec Conſtantinus fidèi documenta probauit,
Qui Romam Chriſti ſubdidit Imperio:
Ille creaturæ cultus abolenit inanes,
Sola Creatoris numina ſancta colens.
Vt Conſtantini ſucceſſit Rex Iacobus
Regnis, quam tenuit ſic tenet ille fidem;
Credit vt in Triadem ſolam, ſic hanc veneratur
Solam, vt Baptiſmi nos ligat alma fides.

Probationis Theſeos Teſtimonia.

Euſebius narrat *Conſtantinum Magnum* poſt longam apud ſe deliberationem elegiſſe Chriſtianam religionem exemplo patris *Conſtantij Chlori*, quem ait ethnicorum religionem condemnaſſe, fol. 122. τὸν μὲν πατρῷον πρὸς μόνον οὖν δεῖν θεὸν i. opinabatur enim ſolum Deum paternum vēnerari oportere.

Et lib. 3. cap. 1. ait, aduerſarios *Conſtantini*, homines ad Deos qui non ſunt, colendos varijs neceſſitatis vijs coegiſſe, Fol. 136. pag. 2. ſed *Conſtantinus* τὸν μόνον ὄντα παρακλῆσαι γνησίως, id eſt, hortatus ſit illum ſolum qui eſt cognoſcere Deum.

Idem

Idem lib. 4. fol. 150. hortatur milites suos, ἀπὸ παίντων ἐπὶ τὸν θεὸν, illum qui supra omnes est Deus cognoscere.

Et ibid. in formula precatiunculæ quam militibus suis præscribebat solum Deum inuocat; quam in studiosorum vtilitatem hic adscribam. Formula Precationis tradita per Constantinū Magnum militibus suis.

Τὸ μόνον ἐπόπτην θεὸν, σὲ βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἐπικαλούμεθα, σοῦ τὰς νίκας δορυάλλτους, διὰ σὲ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν πεπίστευκαμεν, σοὶ τὰ τῶν ὑποχειρίων ἀγαθὰ χάριτα γνωρίζομεν, σὲ δι' ὧν μετὰ τῶν ἀλλήλων, σὺ πάντας ἐκόντας γαλήνια, τὰ ἐμὰ τέκνα βασιλέα Κωνσταντῖνον, πολλὰς τὰς ἐπὶ ἔτη διαμονὰς, ἵνα μάκρον ἡμῶν βίον σῶον τῷ παντὶ φιλανθρώπως πάντα βίῳ.

Id est,

Te solum Deum agnoscimus: te Regem profitemur: te adiutorem inuocamus: per te victorias consequuti sumus: per te hostes superauimus: abs te & præsentem felicitatem consequutos fatemur, & futuram adepturos speramus: tui omnes supplices sumus; abs te petimus, vt *Constantinum* Imperatorem nostrum vnà cum pijs ejus liberis quàm diutissimè nobis salutem & victoriam conserues. Ejusmodi ferè sentiebat à militibus, solis die fieri, talesque ab eis voces in diuinis precibus adhiberi.

Item fol. 151. *Eusebius* narrat *Constantinum* populum illi acclamantem admonere consueuisse, vt cælum intuerentur, ἡμῖν ὑπερκοσμίου τοῦ πρὸς ὀνόματος ἐπιτίμου τὸν θεὸν πάντων βασιλέα, i. Et solum Regem qui super omnia est, admirarentur, & venerandis laudibus colerent in precibus quotidianis, μόνῳ μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. Solus cum solo colloquebatur Deo, & in ædem martyrum preces & vota publica adhibuit soli Deo.

Ex his testimonijs perspicuum est, *Constantinum* solum Deum adorasse & inuocasse: & consequenter Serenissimum Regem Iacobum esse verè hæredem regni & religionis *Constantini Magni* natione Britanni.

THESIS 5.

Testimonia Patrum Græc. & Latin. qui scripserunt ab Imperio Constantini, vsque ad Gregorium primum Papam, & initium 7. à Christo sæculi, quibus probatur solam Trinitatem adorandam, & nullas creaturas: vnde sequitur Serenissimum Regem Iacobum esse verè Catholicum: & Laicos papas & Laicos cardinales, qui creaturas adorant, esse hæreticos & apostatas à fide Catholica.

Theseos Probatio.

A *Gregorius posuit pro norma religionis*
Quod precibus nobis sola colenda Trias:
Hâc docet haud supra quiduis subtusq; colendū,
Hanc subtus si quis quid colit esse pecus.
Quique alij Patres seuis post tempora Christi
Saclis tractarunt dogmata sancta Dei,
Testantur Triadis pia numina sola colenda,
In solam Triadem credit vt alma fides:
Quisquis enim fidei violat sacramenta triformis,
Quamque fidem dederat fonte lauatus aqua,
B *Is Iuliani instar temerat promissa, fidemq;*
Quam dederat sacra flumine tinctus aqua.
Infra qui Triadem quiduis terráve, polóve,
Corpore vel linguâ mentis adorat egens,

Militia

Militia dia Christi sacramenta profanat,
Quamque fidem dederat rore retinctus aqua.
Papa ligna crucis laganum & missale rotundum,
Sanctorumq; animas, reliquias q; colunt,
Vnita haec Triadis quamuis non sunt Deitati,
Christi aut naturis consociata Dei,
Immanes ergo Papa sunt Idololatra,
Qui figmenta hominum mente furente colunt.

Testimonia probationis Theseos.

A

Gregor. orat. 3. de pace: Οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ λόγος ἐπορεύθη τοῦ προθέσθαι τὸν ἕνα τῆς ἁγίας τριάδος, τὸν μὲν ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις τιθέναι καὶ ἀνωφερῆ, μηδὲν ὑφιστάμενον, μηδ' ὑποστάσεως, ἵνα μηχθὲν τῆς θεότητος μεμιγμένον εἶναι φῶμεν τοῦτο. τὸ μὲν γὰρ ἀθέμιτον, τοῦτο δὲ ἀσεβές. Id est,

Non vnum hunc recti cultus scopum nobis propositum esse ducemus, vt Patrem, Filium, ac Spiritum sanctum, vnam in tribus personis diuinitatem & potentiam adoremus, nihil supercolentes, aut subcolentes (libet enim nonnihil eos imitari, qui circa has res ingenij ac doctrinæ laudem affectant) alterum enim fieri non potest, alterum nefarium & impium.

B

Socrat. Hist. Eccles. lib. 3. cap. 2. Postquam (ait) *Iulianus* quasi inter spem & metum positus, quo suspicionem vitaret, qui iamdudum verè Christianus erat, rum specie quadam esse præ se tulit: abrásaque cute, vitam monasticam simulauit. Ac clam quidem disciplinas Philosophorum excoluit: palam autem, sacra Christianorum perlegit eloquia, atque adeo in Ecclesia Nicomedensi lector designatus est.

Augustin. tom. 10. de Verb. Dom. serm. 58. Si (inquit) naturâ Deus non est filius, sed creatura, nec colendus est omnino, nec vt Deus adorandus, dicente Apostolo, Rom. 1. *Et coluerunt & seruierunt Creaturæ potius quàm Creatori.*

Cyrillus de recta fide ad *Theodosium*, insertus concil. Ephes. pag. 24. edit. græc. & edit. lat. 56. per *Petauium Iesuitam*: Ἵνα μὴ δύο φῶμεν υἱούς, ἀλλ' ἕνα τὸν αὐτὸν, οὐ τὸν ἀνθρώπου μόνον, οὐ τὸν θεοῦ

μόνον

μίαν καὶ παράδοσιν ἡμῖν ἐκ παλαιοῦ, καὶ ἑνὸς ἁγίου πνεύματος. καὶ ἡ πίστις ἡμῶν πρέπει τε καὶ λόγῳ, καὶ μία σφραγὶς ἐστὶν ἡ πίστις, καὶ ἐκείνῳ συνῳδὸς ἐν, καὶ ἑνὶ πολίτευμα ἔχουσιν. ἐξουδενοῦμεν γὰρ ὑπερῳὸν τῶν ἀφανισμῶν δόξῃ πρὸς τὸν ἀνω, καὶ ἡ ἑνότης κρίνομεν ἐκ μιαιφονίας. Id est,

Et quemadmodum est vna fides in Christum, & vnum item baptisma, etiamsi in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum credamus & baptizemur; ita planè, vt ego arbitror, vna quoque patris, & incarnati filij, & spiritus sancti est adoratio: quamuis enim Vnigenitus caro factus inter nos habitarit, nec non primo-genitus inter multos fratres appellatus sit; hoc tamen nihil impedit, quo minùs, cùm à nobis, tum ab ipsis quoque Angelis adorari debeat.

Ex hoc loco Concilij Ephesini manifestum est vnicam esse adorationem Patris, & Filij, & Spiritus sancti; sicut vnica est fides in sanctam Triadem, & vnicus Baptismus in nomine sanctæ Triadis. Adeo vt, sicut fides diuidi non potest inter Deum & Creaturas, & in nomine nullius creaturæ baptizamur: sic repugnat analogiæ fidei adorare creaturas, partem adorationis tribuendo Deo, & partem Creaturis.

Hieronymus epist. aduersus *Vigilantium* ad *Riparium* Presbyterum, epist. 53. Nos (inquit) non dico Martyrum reliquias, sed ne Solem quidem, & Lunam, non Angelos, non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, omne nomen quod nominatur & in præsenti sæculo & in futuro, colimus, & adoramus; ne seruiamus creaturæ potius, quàm creatori, qui est benedictus in sæcula.

Augustinus tom. 2. epist. 66. pag. 364. docet solam Trinitatem latreia colendam. Proinde (inquit) qui tam multis cordibus fidelium suorum donauit vt essent cor vnum, quanto magis conseruat in seipso vt sint hæc tria, & singula Deus, & simul omnia non tres dij sed vnus Deus? Hic est vnus Dominus Deus noster, cui vniuersa pietate seruitur, cui soli latria illa debetur.

Idem tom. 1. lib. 1. retract. cap. 13.

Tunc etiam de vera religione librum scripsi, in quo multipliciter & copiosissimè disputatur, vnum verum Deum, id est, Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, religione vera colendum: & quanta misericordia eius, per temporalem dispensa-

dispensationem concessa sit hominibus Christiana religio, quæ verè religio est, & ad eundem cultum Dei, quemadmodum sit homo quadam vita sua coaptandus. Maximè tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur. In hoc libro quodam loco. Sit, inquam, tibi manifestum atque præceptum, nullum errorem in religione esse potuisse, si anima pro Deo suo non coleret animam, aut corpus, aut phantasmata sua. Hic animam pro vniuersa creatura (sua) incorporali posui, non loquens more Scripturarum, quæ animam quando non translato verbo vtuntur, nescio vtrum velint intelligi; nisi eam, qua viuunt animalia mortalia, in quibus & homines sunt quamdiu mortales sunt. Paulo post autem eundem sensum melius sum breuiúsque complexus, vbi dixi: Non ergò creaturæ potius quàm creatori seruiamus, nec euanescamus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Creaturam quippe vno nomine vtramque, id est, spiritalem corporalemque significaui. Restat quod ibi dixi aut phantasmata sua: propter quod hic dixi, nec euanescamus in cogitationibus nostris.

Et tom. 2. epist. 44. ad *Maximum Grammaticum.*

Ad summam tamen, ne te hoc lateat, & in sacrilega conuitia imprudentem trahat, scias à Christianis Catholicis, quorum in vestro oppido etiam Ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique vt numen adorari quod sit factum & conditum à Deo, sed vnum ipsum Deum, qui fecit & condidit omnia.

Theodoretus de curatione Græc. affect. serm. 2. de princip. pag. 29 docet adorationem non esse diuidendam inter Deum & creaturas: Ann. Dom. 450.

Μοῦσῆς ϗ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ὁ λογισμὸς ἀναγκαίως τοῦτο, τὸ δὲ ἀναγκαῖον ξενίζειν, ϗ αἰνεῖν ἐπαγγέλλεται τὸν τὸν ἑνὸς ἐπαινέσαι φασὶν τὸν τῶν πολλῶν αἰρέσεως· ὁ ϗ ἴδιον μαρτύριον, τὸν ἓνα σέβειν δεῖν παρῄνεσεν. Ἐγὼ γὰρ εἰμι [ἐφη] κύριος ὁ θεός σου, ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου ϗ ἐκ οἰκίας δουλείας· οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Οὐκ ἐποιήσεις γὰρ σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα ὅσα ἐν οὐρανῷ ἄνω, ϗ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, ϗ ὅσα ἐν τοῖς

οὐδεὶς ὑπερέβη τὸς χρόνους. Οὐ γὰρ ἐφάνη ἀνθρώπε, ἢ μὴ σφαλεὶς ἐν τοῖς λόγοις. ἀλλ' ἐμοὶ μόνος κύριος ὁ θεὸς σου εἶναι, φησὶν, ἀνάγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. μᾶλλον οὖν τίνων ἐκπεπλάνηται, ὁ τὸ ἀρχέτυπον ἐν ἐπίστασαι; ἢ ὁ τὰς ψευδωνύμους ἀξιώσεις θεὸς, ἢ ὁ Δημιουργὸς ἀξιῶν τὴν πλάνην, ἵνα σωθῇ ἀνήρ. Ἀλλὰ τοιγαροῦν κλέπτε ὁ θεὸς σου, κύριος εἷς ἐστι· ταῦτα ἔγὼ τῶν ἀπολωλότων τὸ μαθητὴν τῶ μεγάλω ἐνηχούμενος. ταῦτα ἢ τῶν θεολογίαν, ἢ ἐ ἱστορίαις ἢ ἐ νομοθεσίαις, ἢ μὲν δὴ ἢ ἐ συγγενὴς ξυνέζυξε. ἢ πέντε βίβλους ἐγκεχάραχε, τῶν μὲν ἑβδομήκοντα ἢ πεμζάντων ἢ ἑξακοσίων, ἐκ ἔστιν ἢ θεὸν ἀναγορεύῃ πλείω. μίαν ἢ τὴν οὐσίαν τῆ ἑβδ ἀνάντων κτισάντι συγχύσει δημιεργῷ: Id est,

Moses verò nequaquam secutus hominum rationes, sicut illi fecerunt; sed clarissima Dei voce perdoctus, Theologiam nobis conscripsit. Deus enim conditor rerum omnium, initio legis quam *Mosi* dictauit, vnum coli Deum præcepit, inquit enim: *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Cumque *Mosen* recentis beneficij admonuisset, hortatus est vt in Dei seruitio permaneret, neque debito Deo cultu quenquam præterea impertiret, sed vni Deo tribueret. *Non enim erunt*, inquit, *tibi alij dij præter me.* Tum & manifestè *Mosen* docuit, nihil eorum quæ videntur, esse Deo persimile: prorsusque inhibet vllam ab illo fieri imaginem visibilium rerum, eamque opinari simulachrum Dei esse; cùm videri Deus non possit. Inquit enim: *Non facies tibi idolum, vllius q̃ rei similitudinem, quacũque in cælo sursum, quaque in terra deorsum, & quacunque in aquis sub terra sunt: non facietis vobis, neque ea adorabitis: Quoniam ego Dominus Deus tuus.* Vocem, inquit, audisti, faciem autem non vidisti. Nullam itaque figuram efficies, cuius exemplum ignoras. Quin & alibi falsos ac mendaces Deos coarguens, eliminansque Ægyptiorum errores, ita Iudæos alloquitur: *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus vnus est.* Hac pollent doctrina *Moseos* monumenta: talemque Theologiam, & historijs & Legibus & Prophetijs inseruit, scriptisque à se quinque libris, multos quidem qui & haberentur & vocarentur nec tamen essent dij, coli prohibuit: vni autem ac soli Deo rerum omnium conditori, cultum exhiberi præcepit.

Ex verbis *Theodoreti* ἀσχολίαν τῆ θεολ, permanere in seruitio, clarum est duliam quinto à Christo sæculo, significasse cultum & adorationem Dei, & non inuocationem sanctorum,

rum, vt nugantur Papani Doctores. Quod verò idem *Theodoretus* ait *Mosen* hortari [illegible] non dividendum esse cultum religiosum, argumento est fidē catholicam ætate *Theodoreti* fuisse non dividere cultum. Vnde sequitur, Serenissimum Regem firmiter tenere, amplecti, profiteri, defendere & propagare fidem Catholicam, quemque primorum à Christo sæculorum, ejusque titulum quo se *Fidei Defensorem* profitetur esse verum & legitimum: Laicocardinalem verò Bellarminum qui Regem hæreseos insimulat, esse impostorem & sycophantem.

Fulgentius, qui vixit in fine quinti à Christo sæculi, libro de Orthodoxa Fide ad *Donatum*, pag. 372. docet filium Dei nō esse adorabilē nisi deitati patris vnitus esset. Quia (inquit) si filius secūdùm diuinitatē vnus Deus cū patre nō esset, vnius cū eo naturæ vtique nō fuisset, & si naturæ alterius esset, creatura sine dubio esset. Si autem creatura esset, seruiendum ei sanctarum Scripturarum auctoritas non iuberet, sed potius prohiberet. In primo enim decalogi mandato, sicut vnius Dei cultura seruitúsque manifestissimè præcipitur, ita omni creaturæ adoratio ac seruitus à fidelibus exhibenda, vehementissimè prohibetur. Ibi enim dicitur: *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis: non erunt tibi dij absque me.* Sed si hoc solum à Patre & Filio dictum accipitur, vnus Dominus Deus credatur Pater & Filius. Sed si hoc aut Pater sine filio, aut sine Patre creditur dixisse Filius, necesse est, vt aut Pater Dominus negetur, aut Filius: de illo enim qui dixit, *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis, non erunt tibi dij absque me*; de ipso sanctus *Moyses* ait: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est.* Et quia ipse Deus sibi soli præcipiens tantummodo seruiendum, seque iubens à fidelibus adorandum, prorsus interdixit, ne quis auderet creaturam adorare, creaturæque seruire, propterea in fine illius primi præcepti, de omnibus quæ creauit ita loquitur: *Non adorabis ea nec seruies eis: ego enim sum Dominus Deus tuus.* Quod vtique sciens beatus Apostolus, iram Dei reuelari pronuntiat super omnem impietatem & iniustitiam eorum, *qui commutarunt*

Exod. 20.

Deut. 6.

mutarunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula. Veritatem Dei tenere est vnum Deum colere. Veritatem Dei in mendacium conuertere, est creaturæ seruire. Vera enim religio in vnius constat veri Dei seruitio.

Si Dei Filius non esset adorandus, nisi vnitus substantiæ Patris & increatus, sequitur multò magis lignum crucis, laganum, hostiæ, missalis, & imaginem adorari non debere, quæ sunt creaturæ realiter separatæ à deitate quàm humanitate Christi: huiusmodi ergo Papana creaturarum adoratio est profana idololatreia.

Pauci extant sexti sæculi Scriptores, inter quos est *Gregorius Turonensis*, qui lib. 2. cap. 10. inuehitur contra idololatriam & simulachrorum cultum Francorum, & secundùm primæ tabulæ mandatum, de non fabricandis simulachris contra illos proponit: & verba Christi, Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies: & in breuiario vitæ eius narratur, vt habent ipsa verba scriptoris, quòd in tali loco se sepeliri fecit, vbi semper omnium pedibus conculcaretur, vt ipsa loci necessitas cogeret ne vnquam in aliqua reuerentia haberi posset: sicque imitatus est sanctum *Antonium Eremitam*, qui morti proximus discipulos suos alloquitur, his verbis. Si qua patris memoria est, si mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Aegyptum perferat relliquias: ne vano corpori honore seruetur, ne vituperati ritus à me, vt nostis, etiam circa me, seruentur obsequia &c. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum.

Quid si S. *Antonius* & *Gregorius Turonensis* sepulchrorum & reliquiarum adorationes Romanæ sedis sæculis receptioribus de cælo intueri possent, nonne de Roma exclamarent quod de Hectore ait Poeta?

O quantum mutatus ab illo, &c.

O quantum mutata Roma nunc à Roma antiqua!

THESIS

Thesis 6.

Testimonia Patrum, à sexto post Christum sæculo vsque ad decimum, quibus probatur solam Trinitatem adorandam, & non creaturas: vnde sequitur Serenis. Regem Iacobum, qui solam Trinitatem colit, esse Catholicum: Laicopapas verò & Laicocardinales qui creaturas adorant, esse hæreticos & Apostatas à fide Catholica.

Probatio Theseos.

Barbaries quamuis septem post tempora Christi
Sæclis corrupit pectora cæca virûm:
Papa at Gregorius, Magnus quoq; nomine Carlus,
Doctoresq;, alij templa per alta Dei
Denum vsque à Christo sæclum docuere colenda
Solius trini numina sancta Dei.
Ergo Catholicus verè Rex est Iacobus,
Qui Triadis retinet quæ sine labe fidem:
Desertor fidei priscæ est & Apostata Papa,
Infra qui Triadem numina falsa colit.
Insanæ aut ponant Papæ deliria mentis,
Aut cessent Christi nomina ferre Dei.
Cur frustra iactant priscorum nomina patrum,
Antiquæ antiquant qui sacra dicta scholæ?

Cognita non fuerant namque hæc deliria Papæ,
Per natos à Christo sæcula dena Deo.

Probationis Theseos Testimonia.

Gregorius 1. Papa epist. 9. *Serено* Episcopo Massilienſi lib. 9. indict 4. ſolam Trinitatem adorandam, & nullas infra illam creaturas adorandas docet.

Et ſi quis (inquit) imagines facere voluerit, minime prohibe: adorare verò imagines, modis omnibus deuita. Sed hoc ſolicitè fraternitas tua admoneat, vt ex viſione rei geſtæ ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione ſolius omnipotentis ſanctæ Trinitatis humiliter proſternantur. Cuncta verò hæc ex amore ſanctæ Eccleſiæ, tuæ fraternitati loquimur.

Carolus Magnus qui floruit in fine 7. & principio 8. à Chriſto ſæculi, libro 1. cap. 9. refutationum Pſeudoſynodi Nicenæ 2. ſequitur doctrinam *Auguſtini* & *Gregorij* primi, adorationemque religioſam ſoli Deo deberi docet. Proculdubio (inquit) omni creaturæ adoratio quæ ſolum Deum decet, qui ſolus adorandus, ſolus colendus eſt, impendenda eſſe vetatur, ſalua tantummodo ſalutationis cauſa, per quam humilitas demonſtratur.

Idem lib. 2. cap. 5. ſequitur doctrinam *Ambroſij* & *Auguſtini*, de adoratione ſcabelli pedum Dei, illamque interpretatur de humana natura Chriſti adunata Deitati. Verba eius ex *Ambroſio* hæc ſunt: Non enim ex vſu hominum æſtimare debemus ſcabellum: neque enim corporalis Deus, aut non immenſus, vt tanquam fulcrum pedibus eius ſcabellum ſubiectum putemus: neque adorandum quicquam præter Deum legimus, quia ſcriptum eſt: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies.* Et in ſequentibus interpretatur adorationem ſcabelli pedum de carne Chriſti adunata deitati, quæ adorari extra vnitatem non debet, vt docet concilium Epheſinum, vt ſuo loco probamus.

Idem cap. 21. eiuſdem libri, probat argumentis ſolidiſſimis

mis cultum religioſum, & adorationem Deo ſoli deberi. Solum namque (ait) dominum colere, ipſum adorare, ipſum glorificare debere, totius diuinæ Scripturæ tuba terribilis intonat. Vnde cauendum illis eſt, & modis omnibus pertimeſcendum, ne dum imaginum cultum & adorationem Chriſtianæ religioni ingerere nituntur, ſingularem vnius Dei cultum & adorationem fruſtrari videantur. Quæ duo ita inter ſe mutuo reluctantur, vt ſi vnum ſteterit, aliud ſtare non poſſit. Si enim ſingularis cultus ſoli & vni Deo debitus inconuulſus erit, & reuera incõuulſus erit, imaginum cultus modis omnibus caſſabitur: & ſi imaginum cultus non conuellatur, ſoli & vni Deo cultus debitus non erit ſingularis. Ac per hoc ſi religionis Chriſtianæ arx ſiue munimen, & glorioſum inſigne vnius Dei cultus & adoratio eſt, imo quia eſt hanc imaginibus, vel quibuſlibet rebus exhibere cõtra religionẽ chriſtianã eſt: & ſi has non adorare ſeu colere contra religionem Chriſtianam eſt, vt illi dellrant, ſolum Deum adorare ſeu colere, eiuſque cultus & adorationis arcem ſingularem eſſe fateri contra religionem Chriſtianam erit. Solus igitur Deus colendus, ſolus adorandus, ſolus glorificandus eſt.

Et cap. 23. ſequitur ſupra citatam *Gregorij* 1. ſententiam de ſolo Deo adorando, & toto opere probat ſolum Deum adorandum & nullam creaturam.

Ionas Aurelianenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſcripſit tres libros ad *Carolum Magnum*, contra *Claudium Taurinenſem*, qui inſcribuntur de cultu imaginum; nam toto libro refutat adorationem imaginum. Et lib. 1. pag. 644. partis 4. bibliothecæ Patrum doctrinam ſequitur *Gregorij* primi, & nullam creaturam adorandam docet. Eius verba ſunt: Sinantur à te imagines Sanctorum, & hiſtoriæ quæque ſanctorum, non vt adorentur, ſed potius vt quandam pulchritudinem reddant, & quarundam præteritarum rerum memoriam ſenſibus imperitorum ingerant, in Eccleſijs depingi. Creaturam verò adorari, eique aliquid diuinæ ſeruitutis impendi, nefas ducimus, huiuſque ſceleris patratorem deteſtandum & anathematizandum, libera voce proclamamus, iſque quantæ ſit pumitionis, Dominus terribiliter intonat dicens: Sacrifi-

cans, nisi Domino soli, eradicabitur.

Sanctus *Agobardus* Episcopus Lugdunensis, qui vixit nono à Christo seculo sub filijs *Ludouici Pij*, docet solum Deum adorandum, exclusa omni creaturarum adoratione: extant eius opera impressa Parisijs, ann. Dom. 1605. Libro verò de picturis & imaginibus, ex *Augustino*, & aliis Ecclesiæ Patribus solum Deum adorandum probat: Quòd inter Deũ & homines nullus sit alius mediator quærendus, nisi ille qui Deus & homo est, ex lib. 9. S. *Augustini*, in opere superius memorato.

Idem pag. 235. citat historiam martyrij *Polycarpi*, per quam probat Christianos Catholicos solum Deum colere & adorare, martyres verò diligere: integrum locum adscribam, quia maximi momenti est ad omnem creaturarum adorationem refutandam. Instigabatur ergo (ait) *Nicetæ Herodis* pater, frater autem Dalacæ, adire iudicem, vt peteret ab eo vt humandum concederet corpus. Ne fortè, inquit, relinquentes illum qui crucifixus est, Christiani hunc colere incipiant, Iudæis maximè ista machinantibus, qui & nostros in tantis oculis obseruarunt, ne eum flammis adhuc ardentibus raperent; ignorantes miserium, quia neque Christum aliquando possumus derelinquere, qui mortem pro totius mundi salute sustinuit; neque alium quenquam colere, quippe qui verum Deum, & qui solus colendus sit, nouerimus: Martyres verò tanquam discipulos Domini diligamus & veneremur, quasi integrè fidem magistro seruantes & Domino, quorum nos quoque in fide & perseverentia charitatis optamus esse participes.

Idem pag. 256.

Cùmque omnium vna sententia sit, cultum religionis soli Deo deberi; quid superest fidelibus, nisi vt purgatis ab omni figmentorum prophana seruitute animis, totis viribus decertemus, quatenus veraciter illud quod scriptum est, dicere valeamus? non enim in errorem induxit nos hominum malè artis excogitatio, nec vmbra picturæ, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus infensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine

anima

anima; malorum amatores sunt qui spem in talibus habent, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.
Idem pag. 237.

Dicit forsitan aliquis, non se putare imagini quam adorat aliquid inesse diuinum, sed tantummodo pro honore eius, cuius effigies est, tali eam veneratione donare. Cui facilè respondetur, quia si imago quam adorat, Deus non est, nequaquam veneranda est, quasi pro honore sanctorum, qui nequaquam diuinos sibi arrogant honores, sicut multis iam supra testimonijs est ostensum: illud quoque memoria dignum, quòd, sicut memoratæ historiæ vndecimus continet liber, destructis apud Alexandriam delubris ac simulachris idolorum; tantus feruor Christianitatis à dæmonibus ad Christum conuersos inflammauit, vt vnusquisque crucis Dominicæ signum in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, columnisque depingeret. O quam sincera religio! crucis vexillum vbique pingebatur, non aliqua vultus humani similitudo (Deo scilicet hæc mirabiliter etiam ipsis forsitan nescientibus disponente:) si enim sanctorum imagines hi qui dæmonum cultum reliquerant venerari iuberentur, puto quod videretur eis non tam idola reliquisse, quam simulachra mutasse.

Et pag. 241. adorationem imaginis *Petri* & *Pauli* damnat, cuius in gestis *Syluestri* Papæ mentio facta. Sed (inquit) numquid hac authoritate *Constantij* adorare sancti alicuius imaginem debemus, cùm idem Imperator magis hoc ex consuetudine idololatriæ pestifera fecerit, quam ex consideratione verissimæ rationis, quam nec dum ipse cognouerat? Et ne id præsumptiuè adstruere videamur, beati Ambrosij Mediolanensis Episcopi, viri doctrinâ & sanctitate præcipui, auctoritatem inseremus, qui in reuelatione quâ ei sanctorum martyrum *Gernasij* & *Protasij* fuit ostensa, refert beatum *Paulum* Apostolum, qui illis duobus tacentibus loquebatur, ex recordatione picturæ ipsius agnouisse, nec tamen vsquam scribit, non dicam picturam illius, sed ne præsentem quidem Apostolum, ac secum loquentem, vllatenus adorasse.
Idem pag. 249.

In quibus (ait) beati Papæ & orthodoxi Doctoris verbis, ſummoperè penſandum eſt, quia ſi opera manuum Dei non ſunt adoranda & colenda, nec in honorem Dei; quanto magis opera manuum hominum non ſunt adoranda & colenda, nec in honorem eorum quorum ſimilitudines eſſe dicuntur? Nam ſi vlla imago eſſet adoranda vel colenda, Creatoris potius eſſet, quàm creaturæ, nempe hominem fecit Deus ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Homo autem facere non poteſt quicquam, in quo ſit ſimilitudo hominis in mente ratione. Nam ſi exprimit vtcunque ſculpendo vel pingendo aliquam ſimilitudinem corporis aut membrorum, hoc vtiq; exprimit quod minimum eſt in homine, non quod maximum. Certè ſi adorandi fuiſſent homines, viui magis quàm picti, id eſt vbi ſimilitudinem habent Dei, non vbi pecorum, vel quod verius eſt, lapidum ſiue lignorum, vita & ratione ſenſu carentium.

Idem pag. 251.

Hæc eſt (inquit) ſincera religio, hic mos catholicus, hæc antiqua Patrum traditio; ſicut etiam ex libro ſacramentorum, quem Romana tenet Eccleſia facilè comprobatur: hunc venerationis modum aut ſupergreditur qui relinquit contemnit diſciplinam patris ſui, dimittitque legem matris ſuæ: Ideo nec gratia capiti eius addetur, nec torquis collo. Teneatur itaque via regia; hanc docuerunt Apoſtoli, Eccleſiæ magiſtri, hanc tenuerunt Arietes gregis; Dei ouis enim relinquens paſtorem, oberrans à via quâ præcedit aries, hæret in ſentibus, deuoratur à lupis. Soli Domino offeramus gloriam & honorem, nec cum ſimulachris fornicemur.

Idem pag. 252.

Adoretur, colatur, veneretur à fidelibus Deus, illi ſoli ſacrificetur, vel myſterio corporis & ſanguinis, quo ſumus redempti: vel in ſacrificio cordis contriti, & humiliati Angeli; vel homines ſancti amentur, honorentur, charitate non ſeruitute; non eis corpus Chriſti offeratur cùm ſint hoc & ipſi. Non ponamus ſpem noſtram in homine, ſed in Deo, ne fortè redundet in nos illud Propheticum; *Maledictus homo qui confidit*

confidit in homine, & ponit carnem, brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Quod Catholici Doctores Ecclesiæ, etiam in illos redundasse confirmant, qui Dominũ Iesum Christum, purum hominem fuisse credebant, non etiam Deum. Et idcircò errant, confidentes in homine, ac per hoc maledicti. Nemo se fallat, nemo se seducat, nemo se circumueniat: quicunque aliquam picturam vel fusilem, siue ductilem adorat statuam, non exhibet cultum Deo, non honorat Angelos, vel homines sanctos, sed simulachra veneratur. Agit hoc nimirum versutus & callidus humani generis inimicus, vt sub prætextu honoris sanctorum rursus idola introducat, rursus per diuersas effigies adoretur, vt auertat nos ab spiritalibus, ad carnalia verò demergat.

Idem pag. 253.

Nunc autem error inualescendo tam perspicuus factus est, vt idololatriæ vel Anthropomorphitarum hæresi propinquum aut simile sit adorare figmenta, & spem in eis habere. Atque huius erroris causâ, fides de corde ablata, tota fiducia in rebus visibilibus collocetur.

Et pag. 255.

Si autem aliquis homo adoratur, vel Angelus, præter eum qui & Deus & homo, & summi esse consilij Angelus (Propheta testante) prohibetur, non est aliud nomen quod sit vel super hoc nomen, quod est super omne nomen, aut æquale illi; sed quia nullus Deo æqualis, Deo nullus alius essentialiter Iesus, id est Saluator, existit. Credamus Apostolo, cedamus diuinæ auctoritati: *Flectamus genu in nomine soliu Iesu, quod est super omne nomen*; ne si altari hunc honorem tribuimus, alieni iudicemur à Deo, & dimittatur secundum desideria cordis nostri, ire in adinuentionibus nostris.

Nono etiam sæculo conuocata est synodus Parisiensis sub *Ludouico Pio & Lothario*, quæ Patrum antiquorum testimonijs probat solum Deum adorandum, imaginum adorationem quæ iam in plurimis locis inualuit refutat, & supra citatam sententiam *Gregorij* primi Papæ confirmat.

Hæc

Hæc testimonia sufficiant vt omnibus Christianis compertum sit, solius Dei adorationem fuisse fidem catholicam, creaturarumque adorationem condemnatam per nouem à Christo sæcula, & reiectam.

Pauci extant scriptores decimi sæculi, nempe *Theophylactus, Rudolphus, Ansbertus*, & alij, in quorum scriptis nihil reperi quod ad adorationis quæstionem pertinet, adeo vt credendum, doctrinam sæculorum præcedentium duraſſe hoc decimo sæculo.

Ex hisce testimonijs hoc argumentum elicimus.

Per decem à Christo nato sæcula fides catholica erat, adorare solum Deum exclusa creaturarum adoratione.

Ergo Sereniſſ. Rex, qui hanc fidem tenet & tuetur, est verè catholicus & fidei catholicæ defensor & propagator; & Papæ Cardinaleſque qui sunt creaturarum adoratores sunt hæretici & Apostatæ.

THESIS

THESIS 7.

Testimonia Patrum vsque ad decimum à Christo sæculum, quibus probatur Arium hæresiarcham fuisse primum inuentorem diuinæ adorationis, supremam attribuens Deo, & inferiorem creaturis; & B. Virginem, Angelos, & Sanctos non esse adorandos: vnde sequitur Laicopapas & Laicocardinales, qui adorant creaturas, Virginem, Angelos, & Sanctos, esse hæreticos, & detecisse ad delirationem Arianorum: Serenissi. verò Regem Lacobum, qui omnium creaturarum adorationem, vt impiam detestatur, esse verè Catholicum.

Probatio Theseos.

A *Vibor diuisi cultus fuit Arius amens,*
Hinc Romana sedet secta Ariana schola:
Hic docuit natum Patris, qui voce creatus,
Esse Deum, & veræ religione coli:
Hæc prisci Patres damnant numenque creatum
Esse Deum, atque coli religione, negant.
Arius at contrà, cunctis ait ille creatis
Vt maior debet religione coli:
Respondent Patres, hæc quæ sublimia sorte,

Non

Non veneranda illis, sers quibus inferior:
Angelus atque Deo precibus quod non sociandus,
Hic homini quamuis nuncius ipse Dei;
Hanc formam in precibus perhibent pauosque profanam,
Angelus, atque Deus, me precor auctet ope.
Non vt adoretur sancta est nobis data Virgo,
Sed vt adoret quem ventre tulit grauido;
Angelus & si non venerandus, non veneranda
Dixit at Epiphanius, quam tulit Anna sinu:
Nunc Virgo Angelicis luces commissa choreis,
Laude Creatorem magnificatq; suum:
Ast hac Papicolis solennis forma precandi,
Nos iuuet auxilijs Virgo, Deusq; suis:
Impetret vt nate sic matris iure precantur:
Heu nimium demens hec Mariana schola.
B *Nam seruire creatur a simul haudq; creato,*
Seruitium hoc dominis ferre duobus erit.
Vt dixit vere quondam damnauit Arianes,
Magnus Athanasius doctor Apostolicus.
Orat nobiscum Christus noster Mediator,
Ille preces offert, votaq; nostra Patri:
Ille homines inter Patremque vt sit Mediator,
Factus homo est vobis qui fuit ante Deus.
At Virgo & Sancti sunt nostre conditionis,
Illis vt nobis fert Mediator opem.
Viuit adhuc Charitas animarum lex & amoris
Postulat vt viuis proferat cuncta petant:
Illi non ideo precibus votisque colendi,
Nam soli Christo debita vota Deo,
Angelicique chori sancti quoque serte beati,
Non debent vocis religione coli.

Testimonia

Testimonia probationis Thesεos.

A

Athanasius edit. Græc. tom. 1. pag. 203. orat. 3. contra Arianos, Filium cum sibi esse & solum, & proprium ostendit Patri, idque his verbis. *Filius meus es tu*, & rursum, *hic est filius meus in quo mihi gratulor*. Ideoque inserulebant illi Angeli, vt diuerso, alienoque ab illorum natura, & adoratur ab illis non vt gloria maior, sed vt alius ab omnibus creaturis, & ab ipsis Angelis, solus proprius ens Filius, secundum substantiam Patris. Si enim ideo, quia gloria sublimior est, adoratur, oportet vnumquodque inferiorum, illum qui superior est adorare. Sed ita non est, Sed seruus Dominum, & creatura Deum adorat: Petrus vero adorare volentem Cornelium inhibuit, dicens, *Quoniam & ego homo sum sicut frater tuus Prophetarum, & seruandum verbum audieris huius: Deum adora.* Quocirca, Dei solius est adorari, & illud sciunt ipsi Angeli, qui quanquam sese inuicem gloria transcendunt, omnes tamen non sunt in classe adorandorum, sed eorum qui adorant Dominum.

4 Angelus quoque Iohannem in Apocalypsi adorare volentem non admisit — dicens, vide ne feceris — conseruus enim tuus sum.

B

Athanasius tom. 1. edit. Græc. pag. 259. orat. 4. contra *Arianum*. Nam si vnitas non esset, nec proprius substantiæ paternæ partus (γέννημα) esset, vt iubar solis, sed discreparet natura à Patre, sufficeret Patrem ista solum dare, nulla ex creaturis in ratione dandi, in societatem admissa: cum Creatore, (ἵνα μὴ γένηται ἀναπόστατον ἔργον ἡ ἀντίληψις ὁ τῆς κτίσεως.) Nunc verò huiusmodi datio, clarè demonstrat vnitatem Patris & Filij. Nequaquam enim quispiam precaretur: accipere à Patre & ab Angelis, vel quauis alia creaturarum.

ἀλλ' ἀπὸ θεοῦ, διὰ γὰρ τοῦ υἱοῦ, ἁπλῶς τὰ δίδωμι. Neque quispiam dixerit, det tibi Deus, & Angelus, sed à Patre & Filio propter vnitatem, vniformenque dationem: nam per Filium dantur ea quæ dantur.

Nihil autem est omnium quod non per Filium efficiat Pater: ità enim qui accipit, tutam ac certam gratiam adipiscitur.

Athanas. tom. 1. edit. Græc. orat. 4. contra *Arian.* pag. 262. Nam si tale verbum non est, ὃν δὲ μὴ ἔστι τοιοῦτον ἡ κτίσμα ἐστὶ καὶ ποίημα. Sed ex non ente, opus & creatura est verbum, vel non est verus Deus, eò quod est vnus ἐκ τῶν κτισμάτων, ex creaturis, aut si illum nominant Deum ὀνοματικῶς, reuerentes scripturas, ἀνάγκη λέγειν ἀνάρχως θεὸν θεὸν, ἕνα μὲν ἀγέννητον, καὶ ἕτερον γενητὸν καὶ δύο κυρίους λατρεύειν, ἕνα μὲν, ἀγέννητον, καὶ ἕτερον, γενητὸν καὶ κτίσμα. δύο τε πίστεις ἴσχειν· μίαν μὲν, εἰς τὸν ἀληθινὸν θεὸν, ἐπίγνωσιν, εἰς τὸν ποιοῦντα καὶ ποιούμενον· ἑτέραν δὲ, εἰς ἀνάρχως θεὸν, καὶ λατρευτὸν θεὸν. Id est,

Necesse est dicant duos esse Deos, vnum quidem Creatorem, alterum creatum: & vt religiosè colant duos Dominos, vnum quidem ingenitum, alterum verò genitum, & creaturam: & vt duas habeant fides, vnam in verum Deum, alteram verò in conditicium & fictum ab ipsis, qui ab ipsis Deus dicitur. Necessum est quoque eos ita occæcatos, ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν ἀγέννητον κατακολουθεῖν τὰ γένητα. Cum adorant ingenitum, terga vertere creato genito, & cùm accedunt ad creaturam, auersari Creatorem.

Orat nobiscum Christus, &c.

Hæc est doctrina symboli editi contra *Paulum Samosatenum* insertum concilio Ephesino, pag. 865. editionis *Peliani*, his verbis: Totum adorabilem etiam cum corpore, sed non secundùm corpus adorabilem. Totum etiam adorantem cum diuinitate, sed non secundùm diuinitatem adorantem. Idem docet *Cyrillus* in cap. 4. Euang. *Ioan.* lib. 2. cap. 92.

Conuenit autem maximè hominibus, tanquam debitam Deo adorationem offerre. Adorat igitur etiam Christus, postquam factus est homo vt homo. Adoratur autem semper cum patre & spiritu, quoniam Deus verus secundùm naturam est.

Concil.

Concil. Ephes. pag. 196.

Aduocatus & propitiator appellatur Filius: ipse enim hominibus cæleſtem Patrem benevolum propitiumque reddidit, atque adeo omnium bonorum auctor fuit.

Ille homines inter, &c.

Cyrillus Theſaur. lib. 22. cap. 10. docet Chriſtum eſſe ſolum Mediatorem. Mediator (inquit) Dei & hominum Ieſus Chriſtus eſt non ſolùm quia reconciliauit homines Deo, verum etiam, quia naturaliter & ſubſtantialiter & Deus & homo in vna hypoſtaſi eſt. Hoc enim modo naturam ſibi Deus reconciliauit. Nam aliter quomodo vnum Mediatorem Chriſtum *Paulus* diciſſet? Multi enim ſanctorum mediationi miniſterio vſi ſunt, & ipſe *Paulus* clamat: *Rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo.* 1. Cor. 5. *Moſes* quoque Mediator fuit: miniſtrauit enim filijs Iſrael legem datam à Deo. Exod. 20. Mediator fuit beatus *Hieremias*, præcipuè quando clamabat ad Deum: *Recordare mei ſtantis coram te, ad loquendum pro ipſis bona.* Hier. 18. Quid multa? ſinguli Prophetarum mediatores fuerunt. Apoſtolorum quoque ſinguli. Quomodo igitur vnicus mediator Dei & hominum Chriſtus eſt, niſi noua inauditaque in alijs mediatio ſua ſit? Sed modum quoque perſtringere non alienum eſt. Quòd igitur duo ſicut medium coniungit, ab vtroque neceſſariò tangitur: & hoc modo diuerſa per medium coniunguntur. Eſt autem Chriſtus Mediator Dei & hominum, quia in eo vno Deus & homo coniunguntur. Non eſt tamen ipſe aliquid tertium præter Deum & hominem, *ſed Deus verè, & homo verè: ipſe enim eſt pax noſtra.* Ephes. 3. Et quoniam naturaliter nobiſcum coniungitur, diuinæ ſubſtantiæ natura noſtra in ipſo coniungitur, & hoc modo diuina natura communicamus.

Concil. Epheſ. pag. 196. Lat. edit. *Peltani.*

Filius (inquit) poſt humanam naturam aſſumptam factus eſt mediator, & ad pacem obtinendam quodammodo reconciliator, non iam alteri cuipiam à ſe diuerſo in propria perſona obediens, ſed Deo & Patri: quandoquidem Chriſto reconciliati, per ipſum, & in ipſo, & Deo quoque omnium ſaluatori reconciliamur.

Apostolos non esse mediatores nostros docet *Augustinus* tom. 7. contra epist. *Parmeniani* lib. 2. cap. 8. Si verò (inquit) ita diceret, hoc scripsit vobis vt non peccetis, & si quis peccauerit, mediatorem me habetis apud Patrem, ego exoro pro peccatis vestris: sicut *Parmenianus* quodam loco mediatorem posuit Episcopum inter populum & Deum; quis eum ferret bonorum atque fidelium Christianorum? quis sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum inueretur? &c.

Et mox homines (ait) omnes Christiani inuicem se commendant orationibus suis. *Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus*, hic verúsque mediator est, cuius typum quoniam præfigurabatur in sacerdote veteris testamenti, nullus illic inuenitur orasse pro sacerdote. *Paulus* autem Apostolus quanquam sub capite præcipuum membrum, *sed tamen quia membrum est corporis Christi*, & nouerat non per figuram in interiora veli ad sancta sanctorum, sed per expressam & firmam veritatem in interiora cæli ad sanctitatem, non imaginariam, sed æternam, pro nobis intrasse maximum & verissimum sacerdotem ecclesiæ, se orationibus fidelium & ipse commendat. Nec mediatorem se facit inter populum & Deum, sed rogat, vt *pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi*, quoniam pro inuicem sollicita sunt membra, & si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra: ac si oratio pro inuicem membrorum omnium adhuc in terra laborantium, ascendat ad caput quod præcessit in cælum, in quo est propitiatio pro peccatis nostris. Nam si esset mediator *Paulus*, essent vtiq; & cæteri coapostoli eius, ac si multi mediatores essent, nec ipsius *Pauli* constaret ratio qua dixerat, *Vnus enim Deus, vnus mediator Dei & hominum homo Iesus Christus, in quo & nos vnum sumus, si seruamus vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnit adhuc charitas animabus*, &c.

Eph. 4.

Hebr. 9.

1. Cor. 12.

1. Tim. 2.

Eph. 4.

Cyprianus lib. 2. epist. 1. de charitate mortuorum erga viuos in hunc modum scribit. Membres, ait, nostri inuicem sumus, concordes atque vnanimes, vtrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate releue-

mus,

mus. Et si quis hinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio.

Angelicis, cheri sanctis, &c.

Angelos non esse inuocandos docet *Athanas.* tom. 1. pag. 104. orat. 3. contra *Arianos.* [illegible]

Id est. Quocirca solius Dei est adorari, neque id ab Angelis ignoratur, qui quamquam cæteros gloria transcendunt, creaturas tamen sese esse, neque in classibus adorandorum, sed adorantium dominum agnoscunt se computari debere. *Tom. 1.* Idem docet *Augustinus* de vera religione, cap. 55.

Quod ergo est summus Angelus, id colendum est etiam ab homine vltimo, quia ipsa hominis natura id non colendo facta est vltima. Non enim aliunde sapiens angelus, aliunde homo, aliunde ille verax, aliunde homo, sed ab vna incommutabili sapientia & veritate. Nam id ipsum actum est temporali dispensatione ad salutem nostram, vt naturam humanam ipsa Dei virtus & Dei sapientia incommutabilis, & consubstantialis patri & coæternus susciperet dignaretur, per quã nos doceret id esse homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali & rationali colendum est. Hoc etiam ipsos optimos angelos, & excellentissimos Dei ministeris velle credamus, vt vnum cum ipsis colamus Deum, cuius contemplatione beati sunt. Neque enim & nos videndo angelos beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos, & his congratulamur. Nec inuidemus quòd eo pariores, vel nullis molestijs interpedientibus perfruuntur: *sed magis eo diligimus, quorum & nos tale aliquid speramus à communi Domino iussi sumus.* Quare honoramus eos charitate, non seruitute. Nec eis templa construimus; nolunt enim se fic honorari à nobis, quia nos ipsos cum boni sumus *templa summi Dei esse nouerunt.* Rectè itaque scribitur, *hominem ab angelo prohibitum ne se adoraret, sed vnum Deum sibi quo esset & ille conseruus.* Idem

Matth. 22.

1. Cor. 3.

Apoc. 22.

Tom.6. Idem lib.1. contra *Maxim. Arrianos.* Episcopi condemnat templorum dedicationem ad cultum Angelorum. Cæterum
1.Cor.3. si Deus spiritus sanctus non esset, templum vtique nos ipsos non haberet. Scriptum est quippe in Apostolo: *Nescitis quia*
1.Cor.6. *templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Et iterum, *Nescitis quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti quem habetis à Deo?* Nonnè si templum alicui sancto Angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi, & ab ecclesia Dei, quoniam creaturæ exhiberemus eam seruitutem, quæ vni tantum debetur Deo? si ergo sacrilegi essemus faciendo templum cuicunque creaturæ, quo modo non est Deus verus cui non templum facimus, sed nosipsi templum sumus?

Psal.8. Idem in Psal.34. in hæc verba, *Domine quis similis tibi*, docet Angelos non esse colendos. Sed forte (inquit) & hic dicitur mihi, Angelos cole, Angelos adora. Et hic dicam, *Domine quis similis tibi?* Et ipsos Angelos tu creasti. Nihil sunt Angeli nisi videndo te; melius est cum ipsis possidere te, quàm ipsos adorando cadere à te.

Theodoretus in epist. *B. Pauli* ad Colossi cap.2. de non adorandis & inuocandis Angelis scribit hisce verbis: Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes fuisse legem per eos datam. Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia & Pisidia. Quocirca synodus quoque quæ conuenit Laodiceæ, quæ est Phrygiæ Metropolis, lege prohibuit ne precarentur Angelos. Et in hodiernum vsq; diem licet videre apud illos & eorum finitimos oratoria sancti *Michaelis*: Illi ergo hoc consulebant vtique humilitate vtentes, dicentes vniuersorum Deum nec cerni, nec comprehendi, nec ad eum posse peruenire; & oportere per Angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare. Hoc autem dixit, in humilitate & cultu Angelorum: Illud autem, inflatus, non est contrarium humilitati. Eam enim præ se ferebant: sed reuera insolentiæ vitio laborabant. Hoc autem, in iis quæ non vidit incedens, pro eo quod est, propriis rationibus & cogitationibus vtens. Hoc enim subiunxit: Temere inflatus à mente carnis suæ.

Sanctis

Sancti quoque sorte Beati, &c.

August. lib. 22. cap. 10. de ciuitate Dei; docet martyres non esse inuocandos: Nos autē martyribus nostris non tēpla sicut Dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed vni Deo, & martyrum, & nostro sacrificium immolamus, ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum; quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum verò sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Tom. 5.

Ambros. Comment. in Epist. ad Rom. cap. 1.

Solent tamen (inquit) pudorem passi neglecti Dei, misera vti excusatione, dicentes per istos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad regem. Agè, nunquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt honorificentiam regis vindicet comiti, cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus quod reseruetur Deo. Nam & ideo ad regē per tribunos aut comites itur, quia homo vtique est Rex, & nescit quibus debeat reuerentiam credere, Ad Deum autem (quem vtique nihil latet, omnium enim merita nouit) promerendum, suffragatore non opus est, sed mente deuota. Vbicunque enim talis locutus fuerit ei, respondebit illi.

Theophil. Alexand. lib. Pasch. 2. *Hieron.* interprete.

Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Et *Paulus* disputans, *quomodo* (inquit) *inuocabunt in quem non crediderunt?* oportet primum credere quòd filius Dei sit, vt recta & consequens fiat eius inuocatio; & quomodo adorandus non est qui non est Deus, sic è contrario quem Deum esse constitit, adorandus. Vnde *Stephanus* positis genibus, & obsecrans pro his, qui se lapidibus obruebant, dicebat ad filium: *Domine ne statuas illis hoc peccatum.*

Hanc doctrinam manſiſſe in eccleſia nono à Chriſto ſæculo teſtimonio *Amalarij fortunati* Epiſcop. Treuerenſ. probamus, qui lib. 3. cap. 36. de vltima benedictione miſſæ, docet Chriſtum eſſe aduocatum noſtrum, & pro nobis interpellare, adeò vt ſanctorum intercеſſio fruſtranea ſit. Eius verba hæc ſunt: De qua legatione dicit *Ioannes* Apoſtolus: *ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum.* Ipſe *Ioannes* certè vir iuſtus erat & magnus, qui de pectore Domini myſteriorum ſecreta bibebat: non tamen dixit, aduocatum me habetis apud patrem, ſed *aduocatum*, inquit, *habemus*: &, *habemus*, dixit, non habetis; maluit ſe ponere in numero peccatorum, vt haberet aduocatum Chriſtum, quàm ponere ſe pro Chriſto aduocatum, & inueniri inter damnandos ſuperbos. Nec tamen dicendum, quia epiſcopi vel præpoſiti non petant pro populo. Orat enim Apoſtolus pro plebe, orat plebs pro Apoſtolo, qui dicit, *orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi.* Et pro *Petro* orabat Eccleſia, cùm eſſet in vinculis *Petrus*, & exaudita eſt. Quomodo & *Petrus* pro Eccleſia, quia omnia pro inuicem membra orant. Caput pro omnibus interpellat, de quo ſcriptum eſt, *Qui eſt ad dextram Dei, qui & interpellat pro nobis.* Vnigenito enim filio pro homine interpellare, eſt, apud coæternum patrem ſeipſum hominem demonſtrare: eíque pro humana natura rogaſſe, eſt, eandem naturam in diuinitatis ſuæ celſitudinem ſuſcepiſſe. Interpellat igitur pro nobis Dominus, non voce, ſed miſeratione. O vtinam quando audiuimus à diacono, *Ite miſſa eſt*, mens noſtra ad illam Patriam tendat, quò caput noſtrum præceſſit, vt ibi ſimus deſiderio, vbi deſideratus cunctis gentibus, nos expectat cum ſuo trophæo, quatenus ſic deſiderando, aliquando ad eum peruenire poſſimus, qui ità patrem ſupplicat pro nobis: *Volo pater, vt vbi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus.*

An. Dom. 1000. Quod verò in canone miſſæ habetur, *communicantes & memoria venerantes, in primis gloriosæ & ſemper virginis Mariæ genetricis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti: Sed & beatorum Apoſtolorum ac martyrum tuorum*, &c. eſt commemoratio honorifica ſanctorum, & non inuocatio eorum; precatio enim

enim ſacerdotum dirigitur ad Deum, & non ad ſanctos: quam rectè interpretatur exegeſis Miſſæ impreſſa Pariſijs An. Dom. 1548. fol. 22. pag. 1. his verbis: Quos dicit communicantes & memoriam venerantes beatæ genetricis Dei & Apoſtolorum ac martyrum & omnium ſanctorum; niſi & ſe ipſe ſacerdos qui offert, & omnes circumadſtantes, qui ſimul offerunt vnum ſacrificium laudis? Quod vt Deo poſſit eſſe acceptum & beneplacitum, non alibi hoc offerunt, & ſacerdotes & eccleſia cum ſacerdotibus niſi in communione & ſocietate ſanctorum, in quibus voluit idem omnipotens Deus eccleſiæ ſuæ conſtare fundamentum. Sicut Apoſtolus fidelibus dicit: *Eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, ſuper ædificati ſuper fundamenta Apoſtolorum & Prophetarum.* In eorum ergo communione & memoriæ veneratione, tanquam in vero templo dei offert deuotio fideliũ Deo vota & munera. Et ideo ſunt communicantes eorum memoriæ tanquam filij patrum, & ſectatores præcedentium. Quid eſt enim communicantes, niſi communionem & ſocietatem tenentes? Et quid eſt eorum memoriam venerari, niſi cum pietate & humilitate eorum veſtigia ſequi?

Quamuis etiam in eodem canone orat ſacerdos his verbis, *Quorum meritis precibuſq; concedis, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio*, inuocat tamen Deum ad quem dirigit precem ſuam, & non virginem & Sanctos, vt ſupracitata exegeſis non docet inuocandos ſanctos, ſed (ait) Propter merita namque & interceſſiones ſublimium iuſtorum, quos interceſſores & patronos quærimus, noſtræ infirmitati Dominus miſeretur, & propitiatur. Vt in omnibus ſiue aduerſis ſiue proſperis, ne vel in illis deficiamus, vel in iſtis decipiamur, protectionis eius muniamur auxilio.

Et in fine expoſitionis huius articuli canonis inſerit locum ſupracitatum Auguſtini ex lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 10. Vbi habentur hæc verba: Ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur: non tamen à ſacerdote qui ſacrificat inuocantur.

Ex hiſce teſtimonijs manifeſtum eſt, quod in Publica Liturgia

turgia Ecclesiæ per 1000 à Christo annos virgo *Maria* & Sancti non inuocabantur: serenissimus ergo Rex *Iacobus* est verè catholicus, qui credit secundum doctrinam Catholicæ Ecclesiæ per millę à Christo nato annos, Angelos & sanctos non inuocandos, sed memoria honorifica celebrandos; & consequenter Laicocardinalis *Bellarminus* est impostor, & sycophanta, qui regem hæreseos insimulat.

THESIS

THESIS 8.

Diuisionem adorationis in latreiam, hyperduleiam, & duleiam esse falsam, secundum doctrinam Ecclesiæ Catholicæ, per decem prima à Christo sæcula. Vnde sequitur Sereniss. Regem Iacobum, qui indiuisam adorationem vt veram fidem amplectitur, esse verè Catholicum: Papas verò & Cardinales, qui diuisionem adorationis faciunt, esse hæreticos & apostatas à fide & iuramento baptismi.

Theseos Probatio.

POstquam barbaries atque ignorantia crassa,
Heu stygijs veri lumina mersit aquis;
Exoritur vera Lombardus relligionis
Pestis, Papalis quem schola tota colit:
Hæc Arianorum renouans deliria dira,
Diuini cultus tres docet esse gradus,
Cumq; Deo Mariam perhibet, sanctosq; precandos,
Distinguit cultum nominibusque tribus:
Latriamque Deo, Mariæ dat Hyperduleiam,
Duleiam diuis, martyribusque Dei.
Hæc schola hyperduleiam Christi corporis esse,
Absque sua colitur quum Deitate docet:
At binos facit hic Christos conamine diro

Cultum hominis quisquis separat atque Dei.
Hos Ephesi Synodus condigno anathemate pulsat,
Qui cultum findunt corporis atque Dei.
Abramidis Moses Hebræo idiomate cultum
Tradidit, hunc Christus Syriacèque docet;
Duleia his linguis, eadem est cum voce Latreia,
Vtraque vox soli sic datur illa Deo.
Sic mandata Deus quæ Mosi tradidit olim,
Duleiam dici Theiodoretus ait:
Partirique Dei cultum vetuisse, creatis
Vt rebus cultus portio nulla detur:
Ipsa Dei dulam virgo se cuncta fatetur,
Paulus se dulum sic docet esse Dei:
Quisquis hyperduleiam dat Domini genitrici,
Ex cuius Christus corpore corpus habet,
Corporis ob Christi tactum quod gesserat alvo,
Dogmata Nestorij pernicioſa novant.
Ipsum nam corpus Christi haud tactum Deitate,
Vnitum at colitur cum deitate sua.
Virgo Dei mater non vnita est deitati,
Ergo non votis illa colenda precum.
Hasque Deo voces patres suerunt dare soli,
Sic Augustinus tradit vtramque Deo:
Hac techna potuit Satanas deludere Christum,
Quando Dei dixit, numina sola cole:
Cognita si Satanæ Lombardi techna fuissent,
Lusisset Christum doctus ab arte schola.
Tu me dulcia, Ionam at cole voce latreia
Dixisset Christo, sic tibi regna dabo:
At schola Lombardi Satana est subtilior ipso,
Fallere sed Satanam fraudibus illa nequit,
Seque coli gaudet ficta sub imagine Christi,

Se

Se falsi cultus insinuat que dola.
Bellarmine tibi quamuis Græca agnita lingua,
Haud pudet has technas disseminare schola.

Probationis Theseos Testimonia.

Petrus Lombardus Sententiar. lib. 3. distinct. 9.

Præterea inuestigari oportet: vtrùm caro Christi & anima vna eademque cum Verbo debeat adoratione adorari, illa scilicet, quæ latria dicitur. Si enim animæ vel carni exhibetur latria, quæ intelligitur, seruitus siue cultus soli Creatori debitus: cum anima Christi vel caro creatura tantum sit, creaturæ exhibetur quod soli Creatori debetur: quod faciens in idololatriam deputatur. Ideò quibusdam videtur non illa adoratione quæ latria est carnem Christi, vel animam esse adorandam: sed illa quæ est Dulia, cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi Dulia, quæ creaturæ cuilibet exhiberi potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda, non alij creaturæ: quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda & diligenda. Non tamen adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur, qui cultus in dilectione & sacrificij exhibitione atque reuerentia cõsistit: qui latinè dicitur pietas; græcè autem θεοσέβεια, id est, Dei cultus, vel θεοσεβία, id est, bonus cultus.

Thomas Aquin. Secunda secundæ quæst. 103. de Dulia, Artic. 3.

Vtrum Dulia sit specialis virtus à Latria distincta.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd Dulia non sit specialis virtus à latria distincta: quia super illud Psal. 7. *Domine Deus meus in te speraui*, dicit gloss. Domine omnium per potentiam, cui debetur dulia: Deus per creationem, cui debetur latria. Sed non est distincta virtus quæ ordinatur in Deum secundum quod est dominus, & secundum quod est Deus. Ergo dulia non est virtus distincta à latria. Et postea ibid. Sed contra est, quod *Augustin.* dicit in 10. de ciu. Dei: quòd alia est seruitus quæ debetur hominibus, secundum

quam

quam præcepit Apostolus seruos dominis suis subditos esse: quæ scilicet græcè dulia dicitur: alia verò latria, quæ dicitur seruitus, pertinens ad colendum Deum.

In conclusione ibidem. Et ideò dulia, quæ debitam seruitutem exhibet homini dominanti, aliæ virtus est à latria, quæ exhibet debitam seruitutem diuino dominio. Et est quædam obseruantiæ species: quia per obseruantiam honoramus quascunque personas dignitate præcellentes. Per duliam autem propriè sumptam, serui Dominos suos venerantur. Dulia enim græcè seruitus dicitur.

Ibid. Ad primum ergo dicendum, quòd sicut religio per excellentiam dicitur pietas, in quantum Deus est per excellentiam pater: ita etiam latria per excellentiam dicitur dulia, in quantum Deus excellenter est Dominus. Non autem creatura participat potentiam creandi, ratione cuius Deo debetur latria. Et ideo gloss. illa distinxit, attribuens latriam Deo secundum creationem, quæ creaturæ non communicatur duliam verò secundùm dominium quod creaturæ communicatur.

Ibidem Artic. 4. Sed hyperduleia videtur esse medium inter latriam & duliam. Exhibetur enim creaturis quæ habent specialem affinitatem ad Deum, sicut beatæ Virgini, in quantum est mater Dei. Ergo videtur quòd duliæ sint species differentes: vna quidem dulia simplicirer, alia verò hyperdulia.

Ibidem. Ad Secundum dicendum, quòd hyperdulia est potissima species duliæ communiter sumptæ. Maxima enim reuerentia debetur homini ex affinitate quam habet ad Deum.

Bellarminus lib. 1. cap. 12. de sanct. beatit. fatetur hanc tripartitam adorationis diuisionem esse nouum inuentum scholæ Lombardicæ, his verbis. Sed quamuis ista vocabula non sint propria diuino cultui, secundum primam ipsorum vocabulorum institutionem, tamen schola Theologorum non sine causa excogitauit illam distinctionem, de latria & dulia. Nam cum in re inueniatur manifesta distinctio, inter cultum Dei & sanctorum; oportebat etiam ad vitandam æquiuocationem

tionem inuenire distincta vocabula: optima autem erant ista duo. Sumamus ergo pro confesso hanc vocabulorum distinctionem esse nouum commentum scholæ Lombardicæ. Malè ergò *Bellarminus*, initio citati capitis vocat hanc distinctionem sententiam catholicam; nam *Vincentius Lyrinensis* libro aduersus prophanas hæreseon nouationes, capite 3. docet quæ sit Catholica fides; vbi illam ait esse veram quæ tres habet notas, vniuersitatem, antiquitatem, & consensionem. Quod verò ad rem ipsam attinet, *Bellarminus* veteratorie dividit religiosum cultum, in Dei & sanctorum cultum: quæ certè distinctio ex diametro repugnat testimonijs supra citatis, *Athanasij*, *Gregorij Nazianzeni*, *Basilij Magni*, *Gregorij Nissæni*, *Augustini*, *Cyrilli*, *Theodoreti*, *Epiphanij*, aliorumque Patrum qui *Arrij* blasphemias refutarunt, qui omnes pro solido argumento proponunt, Filium esse Deum & Patri consubstantialem, eò quòd secundùm scripturas adoratur ab Angelis & hominibus; eademque ratione affirmant filium non esse creaturam, Gentilicumque esse errorem, adorare vllam creaturam: *Arrius* contra, Lombardica & Bellarmineana vsus est diuisione adorationis, dicebatque Angelos adorare Filium tanquam creaturam excellentiorem omnibus alijs creaturis, Filium verò adorare Patrem superiori adoratione, quam aliæ creaturæ illum adorant.

Debuit ergo *Bellarminus* agnoscere *Arrium*, eiusque sectatores esse inuentores diuisionis adorationis. Si verò hæc diuisio vera esset, Patrum argumenta contra *Arianos* nullius momenti fuissent: potuissent enim respondere *Ariani*, Filium adorare Patrem latria, i. supremo cultu. Angelos & homines sanctos (qui iam Angelis similes sunt) adorare filium hyperdulia; homines verò in terris degentes, adorare Angelos & Diuos dulia. Anti catholica ergò est hæc diuisio adorationis, secundùm doctrinam antiquæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Papæ catholicam esse lubentissimè *Bellarmino* concedimus.

Alia etiam stropha vtitur supra citato loco *Bellarminus*, qui hæc vocabula inuenta esse ait, ad euitandam æquiuocationem, hocque subterfugium omni æquiuocatione detec-

quam præcepit Apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe: quæ ſcilicet græcè dulia dicitur: alia verò latria, quæ dicitur ſeruitus, pertinens ad colendum Deum.

In concluſione ibidem. Et ideò dulia, quæ debitam ſeruitutem exhibet homini dominanti, aliæ virtus eſt à latria, quæ exhibet debitam ſeruitutem diuino dominio. Et eſt quædam obſeruantiæ ſpecies: quia per obſeruantiam honoramus quaſcunque perſonas dignitate præcellentes. Per duliam autem propriè ſumptam, ſerui Dominos ſuos venerantur. Dulia enim græcè ſeruitus dicitur.

Ibid. Ad primum ergo dicendum, quòd ſicut religio per excellentiam dicitur pietas, in quantum Deus eſt per excel-

lentia
in qu
tura p
tur la
ſecun
dulia
catur.

Ibi
ter lat
ſpecia
tum e
ferent
dulia,

Ibi
potiſſi
reuere
Deum.

IRREGULA
PAGINATIO

Bellarminus lib. 1. cap. 12. de ſanct. beatit. fatetur hanc tripartitam adorationis diuiſionem eſſe nouum inuentum ſcholæ Lombardicæ, his verbis. Sed quamuis iſta vocabula non ſint propria diuino cultui, ſecundum primam ipſorum vocabulorum inſtitutionem, tamen ſchola Theologorum non ſine cauſa excogitauit illam diſtinctionem, de latria & dulia. Nam cum in re inueniatur manifeſta diſtinctio, inter cultum Dei & ſanctorum; oportebat etiam ad vitandam æquiuocationem

tionem

tionem inuenire distincta vocabula: optima autem erant ista duo. Sumamus ergo pro confesso hanc vocabulorum distinctionem esse nouum commentum scholæ Lombardicæ. Malè ergò *Bellarminus*, initio citati capitis vocat hanc distinctionem sententiam catholicam; nam *Vincentius Lyrinensis* libro aduersus prophanas hæreseon nouationes, capite 3. docet quæ sit Catholica fides; vbi illam ait esse veram quæ tres habet notas, vniuersitatem, antiquitatem, & consensionem. Quod verò ad rem ipsam attinet, *Bellarminus* veteratorie dicit religiosum cultum, in Dei & sanctorum cultu: quæ certè distinctio ex diametro repugnat testimonijs supra citatis, [illegible] *Nazianzeni*, *Basilij Magni*, *Gregorij Nissen.*, *Theodoreti*, *Epiphanij*, aliorumque Patrum, qui omnes pro solido [illegible] hemias refutarunt, qui omnes pro solido [illegible] unt, Filium esse Deum & Patri consubstantialem, & secundùm scripturas adorandum ab Angelis. [illegible] demque ratione affirmant filium non esse adorandum, cumque esse errorem, adorare vllam creaturam contra, Lombardica & Bellarmineana vsus distinctionis, dicebantque Angelos adorare Filium, quia est creatura excellentiorem omnibus alijs creaturam excellentiorem omnibus alijs creaturis, & adorare Patrem superiori adoratione, quia est Deus. Nec illum adorant. *Bellarminus* agnoscere *Arrium*, eiusque sectatores diuinam adorationis. Si verò hæc [illegible] patrum argumenta contra *Arianos* nullius [illegible] t: potuissent enim respondere *Ariani*, [illegible] adorare Patrem latria, i. supremo cultu. Angelos & homines sanctos (qui iam Angelis similes sunt) adorare Filium hyperdulia; homines verò in terris degentes, adorare Angelos & Diuos dulia. Anticatholica ergò est hæc diuisio adorationis, secundùm doctrinam antiquæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Papacatholicam esse lubentissimè *Bellarmino* concedimus.

Alia etiam stropha vtitur supra citato loco *Bellarminus*, qui hæc vocabula inuenta esse ait, ad euitandam æquiuocationem detectionem, hocque subterfugium omni æquiuocatione deterius

rius est: nam vocabula latriæ & duliæ in veteri & nouo testamento, & in scriptis omnium Patrum Græcorum Catholicæ Ecclesiæ, quotiescunque de cultu religioso sermo est, ad Deum solum pertinent, & nulli creaturæ.

Hic non prætereundum, *Bellarmin.* sito more dum ad vitandam æquiuocationem hæc vocabula inuenta esse ait, in fraudulentam æquiuocationem impingere: nam de dulia agens, ciuilem seruitutem pro religionis seruitute supponit: ait enim species illas tres adorationis, quantum ad actus interiores, optimè distinguit: nam prima species, id est, latria, est quædam summa voluntatis prostratio, & inclinatio cum apprehensione Dei vt primi principij, & vltimi finis, atque adeo summi boni, qualis adoratio soli Deo conuenit. Secunda species, id est, cultus ciuilis, est longe minor inclinatio voluntatis, cum apprehensione certa humanæ excellentiæ. Ciuilis verò adoratio ad quæstionem non pertinet. Eodem etiam capite egregiè æquiuocatur hisce verbis: *Ionas Aurelianensis* lib. 1. de cultu imagin. & *Beda* in cap. 4. *Luc.* imò omnes veteres cultum falsorum deorum ideo vocauerunt idololatriam, non idoloduliam, quia videbant cultum Deo proprium, secundùm Ecclesiasticum loquendi modum, vocari latriam, non duliam, vt *Augustinus* notauit quæst. 61 in Genes. At verba *Augustini* mendacij arguunt *Bellarminum*. Vt hoc perspicuum fiat, ipsa verba proponimus vt habentur lib. quæstion. super Exod. lib. 2. cap. 94.

Si seruieris dijs eorum, erunt tibi offendiculum. Hic Græcus λατρεύειν habet, non δουλεύειν. Vnde intelligitur quia δουλεία debetur Deo tanquam Domino, λατρεία verò non nisi Deo tanquam Deo.

Sic *Thom.* loco supra citato, ex Secunda secundæ, quæst. 103 artic. 3. in obiect. primæ respons. Videtur quod dulia non sit specialis virtus à latria distincta, quia super illud Psal. 17. *Domine Deus meus in te speraui*, dicit glossa interlinearis, Domine omnium per potentiam, cui debetur dulia: Deus per creationem, cui debetur latria.

Idem *Augustinus* ait lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 1. Colendi vocabulum communicari hominibus (sed non in religionis cultu.)

cultu.) Dicimur (inquit) colere homines, quos honorifica vel recordatione, vel præsentia frequentamus. Sic Agricolas colonos dicit: & ipsos, inquit, deos nó ob aliud appellãt cælicolas, nisi quod cælũ colunt: non vtique venerando, sed inhabitando tanquam cæli quosdam colonos, &c. ac per hoc cultum quidem non deberi nisi Deo, propriè quadam notione verbi huius verissimum est. Ibi etiam docet cultum in ciuilibus actionibus deberi hominibus. Nam & ipsa religio, quamuis distinctius non quemlibet, sed Dei cultum significare videatur, vnde isto nomine interpretati sunt nostri, eam quæ græcè θρησκία dicitur: tamen quia Latina loquendi consuetudine, non solùm imperitorum, verum etiam doctissimorum & cognationibus humanis atque affinitatibus, & quibusque necessitudinibus dicitur exhibenda religio, non eo vocabulo vitatur ambiguum, cùm de cultu deitatis vertitur quæstio: vt fideuter dicere valeamus religionem non esse nisi Dei cultum; quoniam videtur hoc verbum à significanda obseruantia propinquitatis humanæ insolenter auferri.

Sic pietas de religione erga Deum, & de officio erga parentes, dicitur; vt eodem loco docet *Augustin.* hisce verbis: Pietas quoque propriè Dei cultus intelligi solet, quam Græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officiosè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipuè Deus mandat, eaque sibi vel pro sacrificijs, vel præ sacrificijs placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est, vt & Deus ipse dicatur pius: quem sanè Græci nullo suo sermonis vsu εὐσεβῆ vocant: quamuis εὐσέβειαν pro misericordia illorum etiam vulgus vsurpet. Vnde in quibusdam scripturarum locis, vt distinctio certior appareret, non εὐσέβειαν, quod ex bono cultu, sed θρησκείαν, quod ex Dei cultu compositum resonat, dicere maluerunt. Vtrumlibet autem horum nos vno verbo enunciare non possumus. Quæ itaque δουλεία Græcè nuncupatur, & Latinè interpretatur seruitus, sed ea quâ colimus Deum: vel quæ θρησκεία Græcè, Latinè autem religio dicitur, sed ea quæ nobis est erga Deum: vel quàm illi θρησκείαν, nos verò non vno verbo exprimere

mere, sed Dei cultum possumus appellare: hanc ei tantum Deo deberi dicimus, qui verus est Deus, facitque suos cultores Deos. Quicunque igitur sunt in cœlestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amant, nec beatos esse nos volunt, colendi vtique non sunt. Si autem amant, & beatos volunt, & profectò inde volunt, vnde & ipsi sunt; an aliunde ipsi beati, aliunde nos?

Operæpretium duximus *Lodouici Viuis* annotationem hic addere, vt omnibus manifestum fit, duliam, & latriã idem significare, *Bellarminumque* contra propriam conscientiam has voces diuersas significare res docere: annotationis verò verba hæc sunt, λατρεύω est δουλεύω, quasi seruio: sed postea factũ est vt esset σέβομαι, teste *Suida*. *Augustinus* seruitutem hominibus debitam, non latriam appellari vult, sed alio nomine, puta δουλείαν: nam ad Ephesios 6. quem locum citat, sic est Græcè: δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Hinc est illa distinctio facta de adoratione, latria, dulia, & hyperdulia. *Valla* docet λατρείαν & δουλείαν idem esse, & vtrunque significare seruitutem, quod ex Suida ostendi, qui ait: λατρεύειν δουλεύειν φασὶ καὶ μισθοῦ; Seruitutem esse mercenariam. Nam apud *Xenophontem* in 3. Cyripædiæ loquitur maritus: ἐγὼ μὲν ἔγωγε, ὦ γύναι, οὐκ ἂν ἐθελοίμην ἐλευθερίαν ἀντὶ σοῦ λαβεῖν. Hoc est: Ego verò *Cyre* vel animam redemerim, ne vnquam hæc seruiret. Tum vxor, ἐγὼ δέ γε ἐμαυτὴν, οὐκ ἂν μὰ Δία δουλεύειν; sua ipsius anima emerit, ne seruiat. Quin & in sacris literis λατρεύειν de seruitute dicitur, vt in Leu. Omne opus seruile non facietis, λατρείαν: & iterum: De semine tuo non dabis seruire principi, λατρεύειν. Et in *Iob* mendica λάτρις dicitur.

Idem *August.* lib. 1. de Trinit. 1. cap. 8. Duliam non extendit ad sanctos, sed seruitutem esse arbitratur illam, qua alter alteri per charitatem seruit. Et lib. de veritate relig. cap. 55. honorandi sunt martyres propter imitationem, non adorandi propter religionem.

Hieron. in cap. 1. epist. ad Titum, in verbum Seruus: *Si pater & filius vnum sunt, & qui crediderit in filium, credit & in patrem: seruitus quoque indifferenter* Apostoli *Pauli*, vel ad patrem est referenda, vel ad filium; hæc autem seruitus non

est

est illa, de qua ipse Apostolus ait Rom. 8 *nec enim accepistis spiritum seruitutis*, &c. Verum nobilis seruitus, de qua & *Dauid* ad Deum loquitur, Psal. 110. *Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ*: & beata *Maria* ad Angelum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Hanc seruitutem habuit & *Moses*, de quo Dominus ad *Iesum* filium *Nave*: *Moses* (inquit) famulus meus mortuus est. Notat Esaiæ 49. 6. Patrem loquentem ad filium, vocare *filium seruum suum.* Sic Ioan. 13. *Filius hominis venit non vt ministraretur sibi, sed vt ministraret*, &c. Non est impium credere eum, qui formam serui assumpserat perfeciſſe quæ serui sunt, vt paternæ voluntati seruisse dicatur, cum seruis suis ipse seruierit. Hæc autem seruitus, charitatis est, per quam nobis inuicem seruire præcipimur.

August. lib. 22. contra *Faustum*, cap. 21. Colimus ergo Martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita colûtur homines sancti Dei, quorum cor ad talem pro euangelica veritate passionem paratum esse sentimus: sed illos tantò deuotius, quantò securiùs post incerta omnia superata, quantò etiam fidentiore laude prædicamus, iam in vita fœliciore victores, quàm in ista adhuc vsque pugnantes. At illo cultu qui Græcè latria dicitur, Latinè vno verbo dici non potest, quum sit quædam propriè diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi vnum Deum.

Idem lib. 22. cap. 10. de ciuitate Dei. Vni Deo, & martyrum, & nostro, sacrificium immolamus, ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur.

Beda etiam quem citat *Bellarminus*, idem cum *Augustino* docet, in 4. cap. Euang. Lucæ his verbis: Iubemur ergò per charitatem seruire inuicem, quod est græcè δουλεύειν: iubemur vni Deo seruire, quod est græcè λατρεύειν: Vnde dicitur & illi soli seruies. græcè λατρεύσεις. Et iterum: Nos enim sumus circumcisio, spiritui Dei seruientes, quod est in græco λατρεύοντες.

Ionas Aurelianensis, quem etiam *Bellarminus* citat, sequitur eandem doctrinam *Augustini*, ciusque verba suprà citata

inſerit libro 1. de cultu imaginum, vbi Duleiam neque ſanctis, neque imaginibus tribuit. Alia (inquit) eſt adoratio quæ non niſi ſoli Deo debetur: alia quæ à mortalibus humilitatis & ſubiectionis gratia, æquè mortalibus exhibetur. Rurſus alius eſt cultus, quo non niſi diuinæ potentiæ famulandum eſt, & alius eſt qui non ſolum rationalibus, verum etiam irrationalibus creaturis iuxta modum proprium impenditur, &c. Et mox: Porrò de adoratione quæ mortalibus humilitatis & ſubiectionis gratia, æquè mortalibus exhibetur, multa in diuinis eloquijs exempla reperiuntur, è quibus illud eſt in lib. Geneſeos: *Surrexit* (inquit) *Abraham, & adorauit populum terræ*, filios videlicet *Heth*. Et alibi in eodem libro: *Cumque adoraſſent Ioſeph fratres ſui, & cognouiſſet eos*, quaſi ad alienos durius loquebatur.

Manifeſtum eſt ex hiſce teſtimonijs, *Auguſtinum*, *Bedam*, & *Ionam*, docere Duleiam deberi creaturis, non vt diuinum & religioſum cultum, ſed vt ciuilem, qualis erat adoratio quam *Abraham* exhibuit populo terræ, qualem etiam fratres *Ioſeph* illi adhibuerunt ſecundum conſuetudinem gentium Orientalium, quæ ſe mutuò adorant, & magiſtratus, ac reges, adoratione ciuili: ſicut & illud *Pauli*, Galat. 5. *Δι' ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις, per charitatem ſeruite inuicem.*

Veteratoriè ergo & æquiuocè decipit *Bellarminus* lectores, qui Duliam ciuilem trahit ad religioſum ſanctorum inuocationis cultum. Idem verò *Ionas*, religioſum cultum ſoli deo Deberi docet, & Patrum authoritatibus confirmat; & inter alia teſtimonia *Origenis* verba in cap. 1. epiſt. ad Rom. citat his verbis: *Cum poſſent homines Deum agnoſcere, ab eius cultu declinantes ad imagines hominum adorandas & animalium ſe diuerterunt.* Vt enim breuiter, & omnia in vnum collecta definitione, dicamus: adorare alium præter patrem & filium & ſpiritum ſanctum, impietatis eſt crimẽ, &c. Et mox: Sermo Dei vniuerſa complectens, ſimul abiurat & abijcit, & non ſolum idolum fieri vetat, ſed & ſimilitudinem omnium quæ in terra ſunt, & in aquis, & in cælo; addit autem & dicit: Non adorabis ea, neque coles. Aliud eſt colere, aliud adorare. Poteſt quis interdum & inuitus adorare, ſicut nonnulli

Regibus

Regibus adulantes, cum eos in huiuſmodi ſtudia deditos viderent, adorare ſe ſimulant idola cum in corde ipſorum certum ſit, quia nihil ſit idolum. Colere verò eſt toto hic affectu & ſtudio mancipari. Vtrumque ergo reſecat ſermo diuinus, vt neque affectu colas, neque ſpecie adores.

Idem *Ionas* citat ibidem *Hieronymum* in cap. 3. *Dan.* hiſce verbis: *Notum tibi ſit*, inquit, *Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus.* Siue ſtatuam, vt Symmachus, ſiue imaginem auream, vt cæteri tranſtulerunt, voluerimus legere, cultores Dei eam adorare non debent. Ergo iudices & principes ſæculi, qui imperatorum ſtatuas adorant, & imagines, hoc ſe facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes, placuerunt Deo. Et notanda proprietas: Deos coli, imaginem adorari dicunt, quod vtrunque ſeruis Dei non conuenit.

Ibidem ex *Auguſt.* lib. 7. de ciuit. Dei, citat hæc verba. Vnum verum Deum, id eſt, omnis animæ corporiſque creatorem colere, quiſque contendat. Non ideo peccat, quia non eſt colendus quem colit, ſed quia colendum, non vt colendus eſt, colit. Quia verò & rebus talibus, id eſt, turpibus & ſceleſtis, & non Deum verum, id eſt, animæ corporiſque factorem, ſed creaturam quamuis non vitioſam colit, ſiue illa ſit anima, ſiue corpus, ſiue anima ſimul & corpus, bis peccat in Deum, quod & pro ipſo colit, quod non eſt ipſe: & talibus rebus colit, qualibus nec ipſe colendus eſt. Item idem in lib. 10. de Ciuit. Dei: Multa denique de cultu Diuino vſurpata ſunt, quæ honoribus deferuntur humanis, ſiue humanitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: ita tamen, vt quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & venerandi, ſi autem multum eis additur, & adorandi.

Ibidem ex *Auguſt.* lib. vlt. cap. 10. de Ciuit. Dei, citat hæc verba: Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut Dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni Deo, & martyrum & noſtro ſacrificium immolamus, ad quod ſacrificium ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo

loco,

loco, & ordine nominantur, non tamen à sacerdote qui sacrificat inuocantur; Deo quippe, non ipsis, sacrificat, quamuis in memoriam sacrificet eorum, quia Dei sacerdos, non illorum.

Item idem in libro quæstionum veteris ac noui testamenti cap. 114. Christiani (inquit) vtpotè pauperes quos stultos vocant, vnum Deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid, quod ab eo conditum est venerantur. Ipsum enim solum sufficere sibi & abundare sciunt ad salutem: Philip. 4. Et post pauca: Non ergo nobis videtur vt quod homo facit adorari debeat. Factor enim à factura, non factura à factore adorari iudicatur.

Item idem in epist. 44 ad *Maximum Grammaticum*. Scias (inquit) à Christianis catholicis quorum in vestro oppido etiam ecclesia constituta est, nullum coli mortuorum, nihil denique adorari quod sit factum & conditum à Deo, sed vnum ipsum Deum qui fecit & condidit omnia.

Item idem in libro de quantitate animæ: Homo autem quilibet alius, quanquam sapientissimus & perfectissimus, vel prorsus quælibet anima rationis compos atque beatissima, amanda tantummodo, & imitanda est, eique pro merito & ordine, quod ei congruit deferendum; nam, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*.

Item idem in libro de vera religione: Non nobis religio, corporum æthereorum atque cælestium cultus: Sed eius cuius contemplatione beati sunt. Neque enim & eos videndo Angelum beati sumus, sed videndo veritatem, qua etiam ipsos diligimus Angelos, & his congratulamur. Nec videmus quod eò paratiores & nullis molestijs interpedientibus perfruuntur, sed magis eos deligimus quoniam & nos tale aliquid sperare à communi Domino iussi sumus. Quare honoramus eos charitate, non seruitute. Nec eis templa; nolunt enim se sic honorari à nobis, quia nosipsos cum boni sumus, templa summi Dei esse nouerunt.

Citat etiam *Ionas* ibidem *Fulgentium*, qui in lib. de fide ad *Donat.* sic scribit: Quia ipse Deus sibi soli præcipiens tantummodo seruiendum, seque iubens à fidelibus adorandum,

prorsus

prorsus interdixit, ne quis audeat creaturam adorare, creaturæque seruire: propterea in fine illius præcepti, de omnibus quæ creauit ita loquitur: *Non adorabis ea, nec seruietis eis.* Et post pauca: Vera enim religio, in vnius constat Dei seruitio. Item idem post pauca: Si veraciter vnum Deum cum patre filium vera fides adorat, quæ sic Deo nouit à creaturis omnibus seruiendum, vt nouerit creaturæ non debere diuinæ seruitutis obsequium.

Idem *Ionas* suam propriam sententiam de adoratione solius Dei clarissimis verbis exprimit, Tom. 4. Bibliothec. Patrum pag. 644. Sinantur à te imagines sanctorum, & historiæ quæque Sanctorum, non vt adorentur, sed potius vt quandam pulchritudinem reddant, & quarundam præteritarum rerum memoriam sensibus imperitorum ingerant, in Ecclesijs depingi: Creaturam verò adorari, eíque aliquid diuinæ seruitutis impendi nefas ducimus, huiusque sceleris patratorem detestandum & anathematizandum, libera voce proclamamus.

Operæ pretium duxi hæc testimonia in medium proponere, quibus *Bellarminus* Lombardicæ scholæ alumnus, hagioduleiam Magistræ suæ palliare nititur, vt omnibus perspicuũ fit, quam perfricta fronte lectores decipit, qui *Augustinum*, *Bedam*, & *Ionam*, fictitij huius commenti authores facit: Qui, vt ex supracitatis locis patet, nullam ascribunt Duliam religiosam mortalibus hominibus, & sanctis nunc apud Deum agentibus.

Quòd verò in fine citati capitis 12. lib. 1. de sanct. ait *Bellarmin.* his verbis: Et idem insinuat *Augustinus*, lib. 10. ciuit. Dei, cap. 1. vbi dicit, cultum debitum creaturæ non vocari, Ephes. 6. ab Apostolo latriam, sed alio nomine; Apostolus autem ibi vocat duliam; suo more, *Augustinum* iniuria afficit: Nam quod *Paulus* & *Augustinus* de seruitute humana dicunt, *Bellarminus* de seruitute religiosa interpretatur: *Paulũ* verò loqui de seruitute humana, & non de cultu religionis, ipsa Apostoli verba indicant, Ephes. cap. 6. vers. 5. vbi, *Serui* (inquit) *obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo*; (Μὰ ατ' ὀφθαλμοδουλίαν)

Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo: Cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλίαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι ἀλλ' ὡς δοῦλοι Χριστοῦ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ἐκ ψυχῆς μετ' εὐνοίας δουλεύοντες.

Augustini verò verba hæc sunt: Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus, seruos Dominis suis subditos esse debere; alio nomine Græcè nuncupari soler. *Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus*, alij patres, qui in hunc locum *Pauli* scripserunt, illum de dulia seu de seruitute humana interpretantur: Quoniam (inquit) *Ambrosius* omnium sublimior & sola potens est religio nostra, & quæ credentibus cœlorum regna pollicetur; ne hac igitur causa superbia nasceretur hominibus, omnes debita conditionum & officiorum præsentium iubentur exoluere, vt & magis incitent perfidorum animos ad culturam Dei, quàm vident & iustam & humilem.

Theodoreti verò verba hæc sunt: Seruis etiam leges necessario constituit. Omnia enim habet corpus ecclesiæ, & maritos, & vxores, & patres, & filios, & seruos, & dominos, & diuites, & pauperes, & principes, & subditos. Seruis ergo præcipit, vt cum eo quo par est timore dominis seruiant, & improbitatem animique malignitatem relinquant. Hoc enim dixit, in simplicitate cordis vestri. Adiecit autem, sicut Christo, eos consolans, & docens propositam esse mercedem ijs qui liberaliter & ingenuè seruiunt. *Non ad oculum seruientes* (οὐκ ἀνθρωπάρεσκοι,) *quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus.*

Hic locus *Pauli* quem affert *Bellarmin.* vt pseudoduliam à rebus humanis ad religiosum cultum trahat, illum insignis mendacij arguit: Nam Apostolus vtitur verbo δουλεύειν ad seruitutem humanam significandam, quando loquitur de seruitute debita Dominis terrenis; quando verò de Dei seruitute loquitur, hanc eandem vocem Deo attribuit, λατρεύειν τῷ Κυρίῳ.

Si *Bellarminus* re vera & ex animo crederet verba *Pauli* quæ ibidem habentur vers. 8. *Nempe, scientes quoniam vnusquisque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus,*

seruus, siue liber; non adeo impudenter veritatem sibi cognitam & perspectam oppugnaret.

Quod verò ibidem ait, hisce verbis, *omnes veteres cultum falsorum Deorum*, ideo vocarunt idololatriam, non idoloduliam, quia videbant cultum Deo proprium, secundum ecclesiasticum loquendi modum, vocari latriam, non duliam, vt *Augustinus* notauit, quæst. 61. in Genes. Vt hominem mendacij arguamus, ipsa verba *Augustini* in medium proponemus, in quibus de cultu latriæ solummodo loquitur, & nullam Duliæ mentionem facit; quæ hæc sunt, *Exurgens autem Abraham adorauit populum terræ*. Quæritur quomodo scriptum sit, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*: cum *Abraham* sic honorauerit populum quendam gentium, vt etiam adoraret. Sed animaduertendum in eodem præcepto non dictum, *Dominum Deum tuum solum adorabis*: sicut dictum est, *& illi soli seruies*: quod est Græcè λατρεύσεις: Talis enim seruitus non nisi Deo debetur. Vnde damnantur idololatræ, id est, eiusmodi seruitutem exhibentes idolis, quæ debetur Deo. Nec moueat quod alio loco in quadam scriptura prohibet Angelus hominem adorare se, & admonet vt Dominus potius adoretur, talis enim apparuerat Angelus vt pro Deo posset adorari, & ideò fuerat corrigendus adorator.

Hinc perspicuum est, *Augustinum* hoc in loco nullam mentionem facere Duliæ, & non inde colligendum, Duliam religiosam dandam creaturis, Angelis nempè, & hominibus sanctis. Idem etiam *Augustinus* loco supracitato ex cap. 94. quæst supra Exod. *seruata* (inquit) debetur Deo tanquam Domino: Latria verò non nisi Deo tanquam Deo. Ex hisce locis *August.* inter se collatis manifestum est, *Bellarminum* contra suam propriam conscientiam & certam cognitionem impiè abuti nomine *Augustini* strenuissimi Christi pugilis.

Sophisticũ & ridiculũ planè est quod ait ibid. *Bellar.* vocare veteres scriptores falsum deorũ cultũ idololatriã & non idoloduliam. Quãuis enim hoc cõposito vocabulo non vtantur, tamen verbo δουλεύειν, idolorum cultum exprimunt: vt Exod. 23. vers. 33. ου γὰρ δουλεύσεις τοῖς θεοῖς αὐτῶν, id est, *Seruieris dijs eorũ, quod tibi certè erit in scandalum*. *Iudic.* cap. 2. ver. 7. καὶ ἐδούλευσαν

ὁ λαὸς τῷ κυρίῳ πάσας τὰς ἡμέρας. Id est: *Seruierunt que Domino cunctis diebus eius*, 1. *Sam.* cap. 7. vers. 3. καὶ ἑτοιμάσατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς κύριον, καὶ δουλεύσατε αὐτῷ μόνῳ. i. *Et preparate corda vestra Domino, & seruite ei soli.* Ibid. vers. 4. καὶ ἐδούλευσαν τῷ κυρίῳ μόνῳ id est, *Et seruierunt Domino soli.* Idem cap. 12. vers. 10. ἵνα ἡμεῖς πλημμελήσωμεν τὸν κύριον καὶ καταλίπωμεν τοὺς βααλὶμ καὶ τὰς ἀστάρτας. id est, *peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & seruiuimus Baalim & Astaroth:* Ibidem vers. 14. ἐὰν μὲν φοβηθῆτε τὸν κύριον, καὶ δουλεύσατε αὐτῷ, καὶ εἰσακούσητε τῆς φωνῆς αὐτοῦ, id est, *si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius.* Ibid. vers. 20. καὶ δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. id est, *Seruite Domino in omni corde vestro.* Ibidem vers. 24. φοβήθητε τὸν κύριον, καὶ δουλεύσατε αὐτῷ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὑμῶν. id est, *Timete Dominum, & seruite ei in veritate & ex toto corde vestro.* 1. Chron. cap. 28. vers. 9. Καὶ σὺ σολομὼν υἱέ μα γνῶθι τὸν θεὸν τοῦ πατρός σου, καὶ δούλευσον αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, id est, *Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patrii tui, & serui ei corde perfecto & animo voluntario:* 2. Chron. cap. 30. vers. 8. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν: id est, *Seruite Domino Deo vestro.* Ibidem cap. 33. vers. 16. εἶπεν τῷ Ιουδα, τῷ δουλεύειν τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ Ισραήλ, id est, *præcepitq; Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel.* Ibidem cap. 34. vers. 33. ἐποίησεν πάντας τοὺς εὑρεθέντας ἐν Ιερουσαλὴμ καὶ Ισραὴλ τοῦ δουλεύειν κυρίῳ τῷ θεῷ τῶν πατέρων αὐτῶν, id est, *Et fecit omnes qui reperiebantur in Israel, seruire Domino Deo Patrum suorum. Nehemias* cap. 9. vers. 35. ἐν τῇ γῇ τῇ πλατείᾳ καὶ λιπαρᾷ, ᾗ ἔδωκας ἐναντίον αὐτῶν, καὶ ἐν ἀγαθώσυνῃ σου, id est, *In terra latissima & pingui quam tradidisti in conspectu eorum, non seruierunt tibi. Iob* cap. 21. vers. 15. Τί ἐστιν Ὁ, ἵνα δουλεύσωμεν αὐτῷ, id est, *Quid est omnipotens, vt seruamus ei?* Psal. 2. vers. 11. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, id est, *Seruite Domino in timore.* Ibid. Psal. 100. vers. 2. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ, id est, *Seruite Domino in lætitia.* Ibid. Psal. 119. vers. 91. τὰ σύμπαντα δοῦλά σοι, id est, *Omnia seruiunt tibi. Ierem.* cap. 2. vers. 20. ἔρρηξα σφίγγας μου, καὶ εἶπα, οὐ δουλεύσω, id est, *& dixisti, Non seruiam. Ezechiel* cap. 20. vers. 40. ἐκεῖ δουλεύσουσί μοι πᾶς οἶκος Ισραὴλ, id est, *Ibi seruiet mihi omnis domus Israel. Sophonie* cap. 3. vers. 9. *Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, τοῦ δουλεύειν αὐτῷ ὑποζυγίῳ ἑνί,* id est, *& seruiant ei humero vno. Malachi.* cap. 3. vers. 14. Εἰκῇ μοχθεῖτε ὁ δουλεύων θεῷ, id est, *Dixistis, vanus est qui seruit Deo.* ca. Ibid. vers.

18. *Et conuertemini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, ἢ ἀναμέσον τοῦ δικαίου & θεοῦ ἢ τοῦ μὴ δικαίου & αὐτοῦ*: i. *Et inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.*

Neceſſarium exiſtimaui, hanc teſtimoniorum congeriem in medium proponere; vt ex omnium mentibus (qui veritatis lucem amplecti voluerint) tanquam per antidotum lethale venenum falſæ δικαίας creaturarum expellere fatagam: Nam in omnibus hiſce locis veteris teſtamenti, vox δικαίου ſignificat cultum ſolius Dei, incommunicabilem ſiue Angelis, ſiue hominibus ſanctis. Et vt probemus hanc vocem idem ſignificare in nouo teſtamento, locos ſequentes afferimus.

Matth. cap. 6. ver. 24. Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν i. *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Act. Apoſt. cap. 20. verſ. 19. δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης: i. *Seruiens Domino cũ omni humilitate.* Rom. cap. 7. verſ. 6. *Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur.* ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος: Id eſt, *Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus.* Ibidem verſ. 25. αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ: i. *Ego ipſe mente ſeruio legi Dei.* Ibid. cap. 14. verſ. 18. ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ: i. *Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo.* Ibid. cap. 16. verſ. 18. οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ: i. *Huiuſcemodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri.* Galat. cap. 4. verſ. 8. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς*: i. *Iis qui natura non ſunt dij ſeruiebatis.* Ibid verſ. 9. *Nunc autem cùm cognouerſtis Deum, imo cogniti ſitis à Deo, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε*: i. *Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus dennò ſeruire vultis?* Obiter hîc obſeruandum, *Paulum* 8. verſu prohibere idoloduliam; nam ſeruire dijs, qui natura dij non ſunt, eſt ſeruire idolis. Videat ergo *Bellarm.* quam veteratoriè ſupra citato loco ait, falſorum deorum cultum, ſecundùm eccleſiaſticum loquendi modum, vocari idololatriam, & non idoloduliam; hic ergo eſt Apoſtolicus & verè Eccleſiaſticus loquendi modus. *Paulus* etiam Epheſ. cap. 6. verſ. 7. Μετ' εὐνοίας δουλεύοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις: i. *Cum benenolentia ſeruientes Domino, & non hominibus.* Coloſſ. cap. 3. verſ. 24. *Scientes vos*

à Domino recepturos mercedem hereditatis: τῇ γὰρ Κυρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. i. *Domino Christo seruitis.* Ibid.epist.ad Thessal.cap.1. vers.9. *Siquidem ipsi de nobis annuntiant qualem ingressum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi fueritis ad Deum,* ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ· i. *Relictis idolis, vt seruiretis Deo viuo & vero.*

Idem *Paulus* vritur voce δουλεία, ad significandum ceremonialem cultum Legis, à qua Christus nos liberauit per Euangelium. Galat.cap.4.vers.24. Per quæ aliud figuratur. Nam hæ sunt duæ illæ pactiones; vna quidem quæ est *Agar* ex monte Sina, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἁγάρ· i. *Generans prolem ad seruitutem.* Ibid.ca.5.vers.1. *In libertate igitur qua Christus nos liberauit, perstate,* καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε· *Et ne è contrario implicamini seruitutis iugo.* Hebr. cap.2.vers.15. *Et liberos redderet quotquot metu mortis,* διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας· i. *Per omnem vitam obnoxij erant seruituti.*

Græcus interpres, Exod.12.vers.26. solemnem ritum agni paschalis vocat λατρείαν: nam quod in Hebræa habetur, Græcus vertit in hunc modum, Καὶ ἔσται ἐὰν λέγωσιν πρὸς ὑμᾶς οἱ υἱοὶ ὑμῶν, τίς ἡ λατρεία ὑμῶν; vbi vetus interpres: Quæ est ista religio; alibi interpretatur Hebræam vocem per vocem λατρείας vt, Num cap.18.vers.31. *Et comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ,* ὅτι μισθὸς ἔστιν ὑμῖν ἀντὶ τῆς λατρείας ὑμῶν τῆς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου· i. *Quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij.*

Ex his locis perspicuum est, latriam & duliam idem significare in cultu religioso, & vox primitiua δοῦλος passim habetur in veteri & nouo Testamento pro cultore Dei; vt *Dauid* per vniuersum librum Psalmorum se vocat δοῦλον Dei, & *Paulus* in omnibus Epistolis se δοῦλον Dei vocat: quia erat Dei cultor.

Nunc ordo rei postulat, vt probemus has duas voces idem significare apud Patres Græcos Catholicæ Ecclesiæ, hinc que arguamus mendacij *Bellarminum*, qui dicit Patres veteres vidisse cultum Deo proprium, secundùm Ecclesiasticum loquendi modum, vocare *latriam*, non *duliam*: vt habent ipsa eius verba loco citato. Patres enim Græci voce duliæ religiosum

giosũ Dei cultũ passim exprimũt, locis sequentibus: *Athanas.* contra *Arrianos*, postquam citauit verba Christi contra Satanam: *Dominum Deum adorandum, & illi soli seruiendum*, &c. Siue enim Patrem quis adoret, siue filium, vnum Deum dicitur adorare, & seruire Patri, aut Filio, vni Deo (δουλεία) seruitium exhibetur; nulla igitur discretio est, quia qui adorat Filium, adorat & Patrem, & qui seruit Patri, seruit & Filio. *Chrysostomus* in cap. 1. ad Romanos, in hæc verba. *Quem colo spiritu:* ὁ μὲν λατρεύω τῷ θεῷ ἐν δουλείᾳ τῇ πνευματικῇ, &c. ἀντὶ δουλείας τὴν τῆς λόγου διδασκαλίαν, οὗ καὶ ὁ Παῦλος ἦν, τὴν κήρυξιν ἐπιτελῶν λατρείαν, ἣν ἀντὶ ἦν ἡ δουλεία ἀνωτέρω; & post pauca, δουλείας ἀντὶ ἧς ἀντέστησαν, nempe prædicatio Euangelij: Latina editio *Chrysostomi* sic habet. Hic quidem Deum colit, atque illi seruit credendo, &c. alij verò in sermonis doctrina, è quorum numero erat & *Paulus*, in Euangelij prædicatione Deo seruiens, & hic erat seruitutis ipsius modus.

Theodoretus de curatione Græc. affectionum, Serm. 9. *Hadrianus* verò (inquit) vrbem Iudæorum à quibus crucifixus est Christus totam diruit & euertit: at eos qui in Christum crediderunt, abducere à Christi seruitute non potuit, (τὴν εἰκὴν δουλείαν.) Idem serm. 2. de principio; Cumque *Mosen* recentis beneficij admonuisset, hortatus est vt in seruitio permaneret, σπουδῇ τὴν δουλείαν παραλαβόντα, καὶ μὴ μεῖζον τὸ σῶμα, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ μίαν σπουδῇ) & non diuidere cultum (aut venerationem) sed reuera Deo solummodo adhærere. Notandum hic, *Theodoretum*, δουλείαν vocare per excellentiam totum Dei cultum, & tacitè condemnare eos, qui cultum & venerationem diuidunt, & partiuntur inter Deum & creaturas.

Et quod in canone vulgari Missæ habetur; *Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine vt placatus accipias.* In Liturgia græca, sub *Petri* nomine, edita Lutetiæ, 1595. per *Morell.* Eadẽ verba sic habẽtur: ταύτην οὖν τὴν τῆς δουλείας ἱκετηρίαν, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀγαθοεργίας, δέξαι πάσης ἁμαρτίας ἀφοσίωσιν. Hic δουλεία significat vniuersum Dei cultum, tam externum quam internum, quæ seruitus Græcis λατρεία vocatur, & σέβας.

Phauorinus Episcopus, in Lexico Græco: δουλεία κυρίως ἡ ἐπὶ

δ'ντες, ὁ κτσὶ ὁ δικαιοσύνη, κτλ. φασὶν (Psal. 119.) ἐν τῇ συντετριμμένῃ δόλῳ τινί, ὁ πᾶσι τῷ πίστιν, εἰς ἁμαρτίαν, ἐμφανίζοντες δοὺ τῷ ἀληθείας. (Rom. 6.) σπλάσθε τῇ δικαιοσύνῃ. τοιοῦτον, ὁ δοὺ τῷ πολιτείας, κατὰ τὸ εἰρήμενον, μοιχοὶ ὁ δικαιοσύνη ἡμῶν.

Idem vnius significationis vtrumque vocabulum esse affirmat, δουλεύω λατρεύω &c. τοιοῦτοι σήμερον.

Ex hisce testimonijs palàm est, nullum vnquam Patrum Græcorum aut Latinorum, attribuisse duliam religiosam Sanctis, maleque concludere *Bellarminum* hoc 12. caput per reprehensionem *Peresij*, his verbis: Itaque non erat opus, vt *Martinus Peresius* in suo opere de traditionibus, part. 3. consideratione 7. diceret, non sibi multũ probari nomen duliæ suptum pro cultu Sanctorũ, cũ dulia propriè significet seruitutẽ, & nos non simus serui Sanctorũ, sed conserui: nã in scripturis δουλεία non solum accipitur pro seruitute mancipiorum, sed etiam pro honoraria subiectione, vt Galat. 5. διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις; *Per charitatem seruite inuicem.* Hoc ergo modo potuerunt Theologi cultum Sanctorum vocare duliam.

Quos quæso intelligit *Bellarminus* Theologos? cùm perspicuum sit nullos Theologos, aut Patres Ecclesiæ catholicæ, siue Græcos, siue Latinos, qui per mille ducentos à Christo nato annos floruerunt, vnquam docuisse duliam esse, aut vocari Sanctorum cultum: adeò vt *Bellarminus* nobis obtrudat nouos Theologos, aut potius Matæologos deceptatricis scholæ Lombardicæ, & pro fide catholica, noua deliria barbarorum hominum venditet.

Hinc &c. *Thomas Aquin.* part. 3. quæst. 25. art. 2. in conclusione ait, quod vna & eadem persona Christi adoratur adoratione latriæ propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ propter perfectionem humanitatis.

Hinc schola hyperduliam, &c.

Petrus de Aquila lib. 3. Sent. Hyperdulia (ait) est obsequium quod debetur personis excellentibus, vt Christo, & beatæ Virgini.

Durandus & *Scotus*, hyperduliæ cultum naturæ humanæ Christi consideratæ separatim à Deitate exhibendum docẽt: Nam *Durandus* in lib. 3. sent. distinct. 9. quæst. 2. Art. 2. Quærit, vtrum humanitas Christi adoranda sit latria? ex *Athanas.*

lib.

lib.3.cap.8.Respons.art.13. adorari cum supposito per accidens: Separatæ humanitati à diuinitate tribuit hyperduliam, vt Virgini, de qua sumpsit humanitatem. *Scotus* in distinct. 9.lib.3.agit de hyperdulia, quæ humanitati Christi tribuēda, ratione redemptionis meritoriæ factæ, eandem & Virgini tribuit, duliam verò Sanctis.

Huic blasphemæ hæresi opponimus doctrinam concilij Ephesini, quod apertis verbis condemnat omnem diuisionem adorationis Christi: pag. 674. edit. Lat. in Anathismo octauo, his verbis. Si quis dicere audet, assumptum hominem, vnà cum Dei verbo, tanquam alterum cum altero, vel alterum in altero, adorandum, & glorificandum, & appellandum esse; neque vna adoratione Emmanuelem honorat, vnamque illi glorificationem, quatenus verbum caro factum est, destinat, anathema sit. Et mox in declaratione: Credimus itaque & baptizati sumus in vnum, vt dixi, Filium, Dominum nostrum Iesum Christum, hoc est incarnatum, hominemve factum Dei verbum; vnumque vnà cum cælestibus illis virtutibus verum Deum adorare edocti sumus: *Cùm introducit primogenitum in orbem terræ*, dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Factus est autem vnigenitus, primogenitus; quando homo nobis similis factus est; tunc & illorum quoque frater appellatus est, qui illum diligunt: Si quis ergo illum adorari dicit, tanquam alterum per se à Dei Patris verbo, & non vna adoratione honorat, tanquam vnum Christum, & Filium, & Dominum, propter veram illam, naturalemque cum verbo vnionem, iustè anathematismo huic subiicitur.

Si examinemus pacato animo hanc doctrinam Catholicam concilij Ephesini, satis nobis compertum erit, vnam & indiuisam esse Christi adorationem, quatenus est Deus incarnatus, & non diuidi hanc adorationem debere, vnamque, nempe latriam, homini exhiberi quatenus vnitus Deitati: alteram verò, nempe hyperduliam, illi vt creaturæ & homini exhiberi. Hinc conuincitur totam scholam *Bellarmineanam*, & Papalem huic anathematismo subiici.

In quot verò partes hæc schola diuidat adorationem quæ

Aquil. lib. 3. distinct. 9. quæst 1. indiuisa esse debet: ex *Aquilæ* verbis manifestum est, quæ hæc sunt: Quantum ad primum dico, quod adoratio est dupliciter, scilicet adoratio per se, & adoratio per accidens: Item adoratio per se distinguitur, quia est adoratio per se, & propter se, & est adoratio per se, & non propter se, sed propter aliud, puta quando adoratum est alteri vnitum. Ista distinctione præmissa dico ad quæstionem, quòd adoratio per se, & propter se, quæ dicitur latria, competit soli Deo, & Trinitati, quia solus Deus est vltimus finis per se, & propter se adorandus. Si autem loquamur de adoratione per se, & non propter se, sed propter aliud, tunc ista competit naturæ humanæ in Christo quæ est vnita Deo. Ista autem natura sic Deo vnita potest tripliciter accipi. Vno modo in quantum substantiatur supposito diuino, alio modo in quantum est vnita diuinitati, tertio modo in quantum vnitur Deo per dona gratuita. Si accipitur primo, tunc debetur sibi latria: si autem accipiatur secundo modo, tunc debetur sibi hyperdulia: si tertio modo, tunc debetur sibi dulia.

Si hæ distinctiones locum haberent in Christiana fide, præcipua argumenta *Athanasij*, *Augustini*, *Cyrilli*, *Theodoreti*, aliorumque Patrum contra *Arrianos* & *Nestorianos*, essent inania & friuola; nam vt supra docuimus, filium Dei coessentialem esse Patri docent, eò quod adoratur ab Angelis & hominibus: Si verò hæc adoratio diuidi & distingui possit, scholastico more respondere potuissent hæretici, Angelos colere Filium Dei hyperdulia, & Deum ipsum latria: necesse ergo est vel has distinctiones adorationis explodere, vel Catholicam fidem indiuisæ adorationis euertere.

Quisquis hyperduliam, &c.

Idem *Aquila* reddit rationem hæreticam & *Nestorianam*, ob quam dicit Virginem adorandã hyperdulia, his verbis: Quarto dico, quòd fit adoratio per accidens ratione pertractationis, & hoc modo adoratur Virgo beata adoratione hyperduliæ, quæ specialissimè pertractauit corpus Christi.

Supra docuimus *Nestorium* dixisse, se coadorare humanam naturam Christi cum Deitate διὰ τὴν συναφειαν, ob contrectationem Deitatis, & tanquam συμπροσκυνητήν; hanc verò adorationem

hem vt hæreticam condemnauit Concil. Ephesinum, docetque Christi humanam naturam non fuisse adorandam, nisi adunata fuisset Deitati in vtero matris, vt manifestum est ex locis supracitatis: vnde sequitur necessariò *Aquilam*, aliosque scholasticos, qui docent Virginem hyperdulia adorandam, quia pertractauit specialissimè corpus Christi, incidisse in *Nestorianam* hæresim: Nam si contactus Deitatis non potuit efficere corpus Christi adorabile, multo minus contactus corporis poterit adorationem acquirere Virgini matri; illa erat verè Θεοφόρος, sicut erat verè Θεοτόκος, at non ideo adoranda; ipsum enim corpus, quod in vtero gestauit, non fuisset adorabile, si Θεοφόρος solùm fuisset, vt docet *Nestorius*; multò ergo minus Virgo ob gestatum in vtero corpus Deitati adunatum adoranda est.

Arriani nonnulli erant qui *Duliani* dicebantur, eo quod Filium Dei quem adorabant δοῦλον esse asserebant Patris: vnde sequitur quòd si Christus non adorandus vt δοῦλος Dei Patris, multò minùs adorandam esse Virginem, quæ se in Cantico δούλη Dei confitetur. De *Dulianis* verò *Theodoretus* scribit in hunc modum, lib. 4. de hæret. fab. Postea autem alius quoque conflatus est cœtus, ab *Arrianis* separatus, appellationem autem ab impietate sortiti sunt: *Duliani* enim appellati sunt, quòd vnigenitum Dei Filium δοῦλον, hoc est, seruum Patris vocare ausi sunt: Eiusmodi autem syllogismo vtentes, suam blasphemiam confirmant: Omnis (inquiunt) creatura seruit ei qui illam creauit; Filius autem Patris est creatura: Ergo: Sic *Chrysostom.* in 1. cap. Epist. Hebr. ex verbis *Pauli* infert, quòd Christus non est seruus, ὅτι ὁ δοῦλος· ἐλεύθερα πάντα, δοῦλος i. Quòd non est seruus: si enim creatura esset, seruus esset. Ibidem probat Christum præstantiorem Angelis ab adoratione, quia ab Angelis adoratur.

Si Papæ & Papadoxi amplecti voluerint doctrinam Symboli editi contra *Paulum Samosatenum*, cuius formula extat inserta concilio Ephesino, pag. 138. edit. Græc. & pag. 865. edit. Lat. *Peltani Iesuitæ*, tota controuersia religionis quæ ecclesiam per tot annos vexauit, extingueretur: in hoc enim symbolo aiunt Patres, se credere Christum, ὡς ἀσχημάτιστον, ἢ ἀπ'

τῷ σώματι, διὸ οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα προσκυνητὸς ὁ θεὸς προσκυνεῖται, ἢ μὴ ὁ θεὸς, διὸ οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα προσκυνεῖται: i. Totum rursum adorabilem etiam cum corpore, sed non secundùm corpus adorabilem: Totum adorantem etiam cum Diuinitate, sed non secundùm diuinitatem adorantem.

Si *Duliani* hæretici obseruassent *Pauli* doctrinam Philip. 2. secundum quam formam serui accepit per exinanitionem; nunquam attribuissent Deitati Christi formam serui, quæ ad illum pertinet quatenus homo, & non quatenus Deus: In qua forma adorat Patrem nobiscum, vt ipse ait, *Ioan. 4. Nos adoramus quod scimus*. In quem locum *Cyrillus* sic ait: Adorantibus seipsum connumerat, qui cum Patre ac Spiritu Sancto, tam ab Angelis quàm à nobis adoratur. Quum enim serui formam assumpserit, seruo conueniens ministerium suscepit: nec amisit, ne vt Deus ac Dominus adorabilis sit, idem ipse est etiam factus homo, vbique vtriusque naturæ rationem conseruans. Et post pauca: Conuenit autem maximè hominibus, tanquam debitam Deo adorationem offerre. Adorat igitur etiam Christus, postquam factus est homo vt homo: Adoratur autem semper cum Patre & Spiritu, quoniam Deus verus secundùm naturam est.

Supra docuimus Arrianos diuisisse adorationem, dicentes Christum adorari ab Angelis tanquam excellentiorem creaturam; docebant etiam ipsum Dei Filium adorare Patrem sublimiore adoratione quàm Angeli & homines illum adorant: adeò vt fateantur necesse est Papæ & Papadoxi diuisionem adorationis in superiorem & inferiorem adorationem, esse delirium *Arianorum*. Verba *Cyrilli* quibus refutat hanc sublimiorem adorationem hæc sunt; Non ignoro, quia hæc verba contemnent Christi aduersarij, adorarique Patrem à Filio dicant: non vt à nobis, aut Angelis, sed alia quadam adoratione sublimiore. Quibus nos dicere non ambigemus: O quàm præcipuam vnigenito serui dignitatem attribuitis? Definite, oro, huiusmodi honore Filium offendere, si Patrem glorificare vultis. *Qui enim non honorat Filium, is nec Patrem quidem honorat*: vt scribitur *Ioan. 5*. Quis enim honor vnigenito redditur, si sublimius cæteris Patrem adorat?

Nempe

Nempe si adorantibus connumeratur, seruus erit, etiamsi adorator præcipuus sit: nec à creaturis, vt creatura differet, sed quadam alia præstantia excellentior erit: veluti Angeli hominibus præstantiores esse cognoscuntur, qui substantialiter aut ratione sanctitatis, aut quodam cumulo gloriæ, vt opifici Deo visum est, hominibus præstant; in eo autem quod creaturæ sunt, & secundum rationem, qua verè ex nihilo producti sunt, cùm cæteris creaturis conueniunt. Quare si nullo modo adorare Filius Patrem, vt Deus dicitur, non effugiet, ne creatus esse credatur. Quomodo igitur Filius, si creatus? aut quomodo Dominus, si adorator ac seruus? Nam mea quidem sententia, regalis atque Dominica dignitas, in eo quod quis adoratur, perspicitur: Subiecta verò atque seruilis conditio, in eo quod quisque adorat, definitur. Quapropter vniuersam creaturam *Moses* hortatur, dicens: Deut. 6. *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies.* Qui ergo natura seruus est, & iugo Deitatis subijcitur; huic colere adorareque Deũ necesse est: quum .n. dicitur, *Dominum adorabis*, ad seruum huiusmodi mandatum refertur: quum verò, *Deum*, ad creaturam. Et post pauca: An nó videtur vobis quasi spiritale quoddam tributum, sed seruitutis quædam professio, adoratio esse? Et cuius rei causa lex adorationem seruituti coniunxit, dicens: *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies?* Ianua enim quasi quædam, & via ad seruitutis opera, adoratio est: quùm initium seruitutis, qua Deo seruire profitemur, existat. Ideo Psalmista adhortatur omnes, dicens, Psal. 49. *Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus coram Domino qui fecit nos.* Vides adorationem procidentiæ coniunctam esse.

Si hæc argumenta *Cyrilli* conferantur cum diuisione adorationis Lombardicæ scholæ, certè perspicuum erit *Cyrillum* rem habere cum ipsa illa schola, cuius sophistica & fallax distinctio eadem est cum Arianorum distinctione, qui adorationem sublimiorem ab inferiore distinguebant: si verò admittenda esset in Christiana religione huiusmodi distinctio, facillimè per illam argumenta *Cyrilli*, aliorumque Patrum contra *Arrianos* euerterentur.

Iudicent ergo Christiani omnes qui veritatis amore ducuntur, quam fallaciter & mendaciter *Bellarminus*, eiusque dominus & deus Papa, Regem pijssimum Britanniæ magnæ hæreseos insimulent, eo quod ab *Ariana* creaturarum adoratione, & ab *ἀνθρωπολατρεία Nestoriana* abhorreat, & *Eutychianã* proprietatum corporis Christi euersionem & confusionem detestatur; si enim Papæ hæc hæretica deliria abdicare voluerint, nulla amplius restabit controuersia in religione; nam inuocatio Virginis & Sanctorum, adoratio hostiæ missalis, ligni (vt vocant) veræ crucis, clauorum, lanciæ, coronæ spineæ, tunicæ Christi, & sancti (vt vocant) sepulchri, & transubstantiationis nouum cõmentum, cultus imaginum Christi, Virginis & Sanctorum, reliquiarum, & sepulchrorum, agnorum (vt aiunt) Dei; innumeræque aliæ superstitiones Gentilicæ & idololatricæ abolerentur. Cõtra quos colophonis loco adijciam quod scribit *Augustinus* tom. 1 lib. 1. cap. 34. de moribus Ecclesiæ Catholicæ, cap. 34. Iam videbitis quid inter ostentationem & sinceritatem, inter viam rectam & errorem, inter fidem atque fallaciam, inter robur & tumorem, inter beatitudinem & miseriam, inter vnitatem & conscissionem; postremò quid inter superstitionis frenas & portum religionis intersit. Nolite mihi colligere professores nominis Christiani, nec professionis suæ vim aut scientes aut exhibentes: Nolite consectari turbas imperitorum, qui vel in ipsa vera religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti, vt obliti sint quid promiserint Deo. Noui multos esse sepulchrorũ & picturarũ adoratores: Noui multos esse, qui luxuriosissimè super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos seipsos sepeliant, & voracitates, ebrietatesque suas deputent religioni: Noui multos esse qui renunciauerunt verbis huic sæculo, & se omnibus huius sæculi molibus opprimi velint, oppressique lætentur.

Quid si *Augustinus* mores & formas adorationum multiplices & penè innumeras, quæ in omnibus Papalibus templis nostro sæculo exercentur, & præcipuè si imaginum & sepulchrorum adoratores conspiceret? nonne exclamaret Gentilicam Romam in Papali Roma rediuiuam esse, & nihil nisi inanem

nem titulum Chriſtianitatis cum idololatria Gentilica conjunctum in hac noua Roma extare? Deus Optim. Maxim. liberet tot Chriſtianorum myriadas à tam infanda Papali idolomania.

AD BELLARMINVM.

BEllarmine tibi ſunt cognita dogmata priſca,
Deque fide noſtri quid docuere Patres.
Inflatis cur tam buccis, faſtuque ſuperbo,
Catholicos iactas te, Dominumque tuum?
Priſcos qui errores tetro reuocatis ab Orco,
Romaque nunc Chriſti nil niſi nomen habet:
Errores melius vobis deponere diros,
Amplecti & veri dogmata vera Dei.
Ergo pium Regem falſa proſcindere lingua
Deſinite, hæreſeos contaminare nota:
Colluuies eſt veſtra ſedes, ſentinaque fœda,
Cunctarum hæreſeon maſſa referta lue:
Nam vos Gentiles, Arianos, Neſtorianos,
Idem perſimiles error vtroſque docet;
Catholicumque probat Regem veneratio vera,
Qui Triadem ſolam religione colit.

FINIS.

Errata Typographica ſic reponenda.

Pag. 7 linea 18. lege, *Eſt cum Baſilio teſtis Epiphanius.* p. 8. l. 1. lege *Diabolo.* p. 10. l. 16. lege *adorationem*; & l. 21. lege μετέχει. lin. 36. lege ὁμοουσίου. p. 12. l. 10. lege *eluit.* p. 25. l. 7. lege ὑπερέχ. p. 30. l. 6. lege πίστις, tribus locis. p. 32. l. 9. adde *tam* ante verba, *à Deitate.* p. 34. l. 2. ad vocem *ſalua*, annota in margine, *Hoc gloſſema eſt.* p. 37. l. 28. lege *alteri.* p. 43. l. 25. adde poſt vocem *ſum*, Angelus quoque Ioannem in Apocalypſi ſe adorare volentem non admiſit, dicens, *vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum.* p. 43 l. 17. lege συγγνώσεσθαι. p. 47. l. 29. lege *Pauli.* p. 51. l. 3. lege 1548. p. 54. l. 17. lege *nouat.* p. 59. l. 1. lege *vocabula.* p. 62. l. 16. lege ὦ, & lin. 19. lege *oſtendit.* lin. 21. lege ἰγὼ. p. 74. lin. 13. lege *ſumptum.* pag. 75. lin. 9. lege *Anathematiſmo.*